℣ Et erat anna pphetissa filia phanuel: de tribu aser. Hec processerat in diebus multis: et vixerat cũ viro suo annis septem a virginitate sua. Et hec vidua erat ad annos octogintaq̃tuor Que non discedebat de tẽplo ieiunijs ⁊ obsecratiõibus seruiens nocte ac die. Et hec ipa hora superueniẽs cõfitebatur domino: ⁊ loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem israhel. Et vt perfecerunt oñia scd̃m legẽ dñi reuersi sunt in galileam: in ciuitatem suam nazareth. Puer autẽ crescebat ⁊ confortabaf̃ plenus sapientia: et gratia dei erat in illo. Offerto. Deus enim firmauit orbem terre qui non cõmouebif̃: parata sedes tua de⁹ ex tunc a seculo tues. Secreta. Concede quesumus oñipotens deus: vt oculis tue maiestatis munus oblatum ⁊ gratiã nobis pie deuotioñis obtineat: ⁊ effectuz beate perhẽnitat̃ acquirat. Per dominum nostrum ihesum xpm.

Prefatio de natiuitate. Cõmu.
Tolle puerum ⁊ matrem eius ⁊ vade in terram iuda. defuncti sunt eñ qui querebant animã pueri. Cõplẽ.
Per hui⁹ domine operatõem mysterij ⁊ vicia nostra purgentur: ⁊ iusta desideria compleantur. Per do. In octaua natiuitatis domini Introitus.
Ultum tuum deprecabunt omnes diuites plebis: adducentur regi virgines post eã: proxime eius adducent tibi in leticia ⁊ exultatiõne. ps.
Eructauit cor meum verbũ bonum dico ego opera mea regi. Oro.
Deus qui salutis eterne beate marie vginitate fecũda hũano generi pmia pstitisti tribue qs: vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus: per quaz meruim⁹ auctorẽ vite suscipere. Dñm nostr̃ ihm xpm. Pretermissis cõmemoratiõibus suprascriptis. Ad Galathas. iij.
Fratres: Priusq̃ veniret fides sub lege custodiebamur: cõclusi in eam fidem que reuelanda erat. Itaq̃ lex pedagogus nr̃ fuit in cristo: vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides: iaz non sub pedagogo sumus. Omnes eñ filij dei estis: per fidem que est in christo ihesu. Quicũq̃ enim in christo baptizati estis: christum induistis. Non est iude⁹ neq̃ grec⁹: non est seruus neq̃ liber. nõ est masculus neq̃ femina. Omnes eñ vos vnum estis in christo ihesu. Si autẽ vos xpi: ergo semẽ abrahe estis secunduz promis-

sionem heredes. Dico autem quanto tempore heres paruulus est nichil differt a seruo: cū sit dominꝰ omniuꝫ: sed sub tutoribus ⁊ actoribus est vsqꝫ ad pfinitū tēpus a patre. Grad. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternuꝫ. ℣. Propter veritatem ⁊ mansuetudinem ⁊ iusticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia. ℣. Post partum virgo inuiolata pmāsisti: dei genitrix intercede p nobis. Sequē. de natiuitꝫ. Scōm Lu In illo tpe. Postqꝫ cam. ij. cōsumati sūt dies octo vt circumcideret puer: vocatum est nomen eius ihesus. Quod vocatum est ab angelo priusqꝫ in vtero conciperet. Credo in. Offerto. Offerentur regi virgines post eam: prime eius offerentur tibi in leticia et exultatiōe: adducentur in templuꝫ regi domino. Secr. Muneribus nostris quesumꝰ domie pcibusqꝫ susceptis: ⁊ celestibus nos munda mysterijs ⁊ clementer exaudi. Per dñm. Prefatio. Quia per incarnati ver. Simile est regnum celorum Cōm homini negociatori querenti bonas margaritas: inuenta vna pciosa margarita dedit omnia sua et comparauit eam. Complendō. Hec nos domine cōmunio purget a crimine: ⁊ intercedente beata dei genitrice maria celestis remedij faciat esse cōsortes. Per dominū Nota qꝫ hec oratio p cōmemoratōe habeat singulis diebus vsqꝫ ad purificatōez. Tequeñ. de natiuita. Prefatio de natiuitate. Reliq̄ vt s̄. In octa na sancti stephani oīa fiāt sicut in die eius: cuꝫ cōmemoratione vt s̄. Credo non dicitur. Prefatio de natiuitꝫ. In octaua sācti iohānis oīa vt in die eius: cū cōmemoratōe domice: sancte marie: inocentū. Credo dicit. Prefatio de natiuitꝫ. Si hec octaua in die domico euenerit: tam diurnū qꝫ nocturnū officium vt in die ipius cōpleatur. In octaua Innocentum Gloria in excelsis. Alla. Sequeñ. Ite missa est. oīa dicūtur. Credo in. nō dicit. Prefatio de natiuitate dicit. Et si in die dominico euenerit: omnia vt in die compleant. In vigilia ephye ad missam Introitꝰ. Dū mediū silentiū. vt s̄. Credo nō dr̄. Oro

Orda nostra qsumꝰ domine venture festiuitatis splēdor illustret: quo mūdi hui⁹ tenebris carere et puenire valeamus ad patriaꝫ claritatis eterne. Per do. Ad romañ. iij Fratres: Scimus quoniam quecūqꝫ lex loquitur: his qui i lege sūt loquit. vt omne os obstruat. et subditus fiat oīs mūdus deo. quia ex operibus legis nō iustificabit omnis caro coram illo. Per legeꝫ eniꝫ cognitio peccati. Nūc autem sine lege iusticia dei manifestata est: testificata a lege ⁊ pphetis. Justicia autem dei per fideꝫ ihesu christi in oēs ⁊ super oēs qui credunt in eum.

nō enī est distinctio. Omnes enim peccauerūt et egent gloria dei. iustificati gratis p̄ gratiam ipius per redemptionem: que est in christo ihesu: quez p̄posuit deus ꝓpiciatorez per fidem in sanguine ipius ad ostēsionē iusticie sue: ꝓpter remissionē p̄cedentiū delictorū: in sustentatōe dei ad ostensionez iusticie sue in hoc tempe: vt sit ipe iustus ⁊ iustificās eū: qui in fide est ihu xpi dñi nri. Grad. Speciosus forma. Alla. Dñs regnauit. Regre dñica post natz. dñi. In illo Scōm Matheū. ij. tpe: Defuncto herode: ecce angelus dñi apparuit in somnis Joseph in egypto dicens. Surge ⁊ accipe puerū ⁊ mrez eius: ⁊ vade in terrā israhel. Defuncti sunt enī qui q̄rebāt aiaz pueri. Qui cōsurgens accepit puez ⁊ matrē eius: ⁊ venit i terram israhel. Audiēs autē quod archelaus regnaret in iudea p̄ herode pr̄e suo: timuit illo ire. Et āmonitus in somnis: secessit in partes galilee. ⁊ veniens habitauit in ciuitate que vocatur nazareth: vt adimplerēt qđ dictū est p̄ ꝓphetas: qm̄ nazareus vocabit. Offer. Deus enī firmauit. Regre dñica post natz. dñi. Tribue q̄s dñe: vt cum Secr. p̄sentibus sacrificijs imolemus et sumamus: quem venture solennitatis pia munera p̄loquūtur Per d̄. Prefatio de natiuitate Cōm. Tolle puez. Regre dñica post natz. Cōpl. Illumia qm̄s dñe populū tuuz: et splendore gratie tue cor eius semper accēde. vt saluatorē suum ⁊ incessāter agnoscat: ⁊ veraciter apprehēdat. Per. In die sctō ephye dñi Introit.

Ece aduenit dominator dñs: et regnū in manu eius ⁊ potestas ⁊ imperiuz. ps. Deus iudiciū tuum regi da: ⁊ iusticiam tuā filio regis. Oratio.

Deus q̄ hodierna die vnigenitū tuum gētibus stella duce reuelasti: cōcede ꝓpicius. vt qui iā te ex fide cognouimus vsq̄ ad ꝓtēplādā spēm tue celsitudinis p̄ducamur. Per eūd Lectio ysaie ꝓphete. lx.

Surge illumiare irlm: qa venit lumē tuū: et glia dñi sup te orta est. Quia ecce tenebre opient terram: ⁊ caligo populos. Super te aūt orietur dñs et gloria eius in te videbit. Et ambulabunt gentes in lumine tuo: et reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos et vide. Omnes isti congregati sunt: venerūt tibi. Filij tui de longe venient: ⁊ filie tue de latere surgent. Tunc videbis et afflues: ⁊ mirabit et dilatabitur cor tuū: qm̄ ꝓuersa fuerit ad te multitudo marz. Fortitudo gentiuz venerit tibi. inundatio camelorū opiet te. Dromedarij madiā et epha. Oēs de saba venient: aurum et thus deferen

tes:et laudem domino annun
ciantes. Grad. Omnes de sab/
ba veniẽt:aurũ et thus deferẽtes:et
laudẽ dño annũciãtes. ℣. Surge il/
lumínare iherlm:qz gloria dñi super
te orta est. Alla. ℣. Vidimꝰ stellaz
eius in oriẽte:z venimꝰ cum muneri
bus adorare dñm. Sequẽ.
Esta xpi omnis xpianitas ce/
lebret. Que miris sunt modis orna
ta:cũctisqz veneranda populis. Per
omi tenẽtis aduentũ atqz vocatiõez
gentiũ. Vt natus est xpus est stella
magis visa lucida. At illi nõ cassaz
putantes tanti signi gloriam. Secũ
munera deferunt paruulo offerunt
vt regi celi quez sydus p̃dicat. At/
qz aureo tumidi pricipis lectulo trã/
sito christi p̃sepe queritãt. Hinc ira
seui herodis feruida. Inuidi recẽs
rectori genito bethleẽ paruulos p̃ce
pit ense crudeli p̃dere. O xpe quã/
tũ pris exercituz. Iuuenis datꝰ ad
bella maxima populis p̃dicans colli/
gis fugens cum tñ miseris. Anno
homis tricesimo subtus famuli se in/
cliti inclinauerat manus deus:cõse/
crans nobis baptisma in absolutõez
criminũ. Ecce spiritus in specie ipm
alitis innocue vncturus sanctis pre
omnibus visitat semper ipius cõten
tus mansione pectoris. Patris eti/
am insonuit vox pia veterz oblita ser
monis:penitet me fecisse hoiez. Tu
re filius es tu meus michimet placi/
dus in quo sum placatꝰ: hodie te mi
fili genui. Huic omnes auscultate
populi p̃ceptori. Scõm Math. ij
Cum natꝰ esset ihs i beth
leem iude:in diebꝰ herodis regis. Ecce magi ab orien/
te venerũt iherosolimã dicen/
tes. Vbi est qui natus est rex iu
deorum? Vidimus eñ stellam
eius in oriente:z venimꝰ ado/
rare eum. Audiens autem he/
rodes rex turbatus est: z omis
iherosolima cum illo. Et cõgre
gans omnes principes sacer/
dotum z scribas populi: scitici/
tabatur ab eis vbi christus na/
sceret. At illi dixerũt ei:in beth
leem iude. Sic enĩ scriptuz est
per pphetaz. Et tu bethleẽ ter/
ra iuda: nequaq̃ minima es in
principibus iuda. Ex te enĩ exi/
et dux:qui regat populũ meuz
israhel. Tũc herodes clam vo
catis magis:diligẽter didicit ab
eis tempus stelle que apparuit
eis. Et mittens illos in bethleẽ
dixit. Ite z interrogate diligen
ter de puero:et cum inueneri/
tis renunciate michi: vt et ego
veniens adorem eñ. Qui cum
audissent regem abierũt. Et ec
ce stella q̃ viderant in oriente
antecedebat eos vsq̃ dum ve
niens staret supra vbi erat pu/
er. Videntes autem stellam ga
uisi sunt gaudio magno valde
Et intrantes domũ inuenerũt
puez cuz maria matre eius. Et
p̃cidentes adorauerunt eum.
Et apertis thesauris suis:obtu
lerũt ei munera: aurum: thus:
et mirrã. Et responso accepto
in somnis ne redirẽt ad hero/
dem: p aliaz viam reuersi sunt
in regionẽ suã. Credo in vnũ de.
dicitur per totam octauã:quã/
do de festo agit. Offerto. Re/

ges tharsis et insule munera offerét: reges arabū et sabba dona adducét ⁊ adorabunt eum oēs reges terre: omnes gentes seruient ei. **Secret.** Ecclesie tue quesumus dona propicius intuere: quibus iam non aurum: thus ⁊ mirra profertur: sed qđ eisdē muneribꝰ declaratur: īmolatur ⁊ sumitur ihūs christus filius tuus dominus noster. Qui cū. **Prefatio.** Qui cum vnigenitus. Cōmunicātes. **Et per totam octauā fiat sicut in die sācto. Cōm.** Vidimꝰ stellam eius in oriente: ⁊ venimꝰ cū muneribus adorare dñm. **Cōpln.** Presta quesumꝰ oīpotēs deus noster: vt q̄ solenni celebramus officio: purificate mentis intelligētia cōsequamur. Per. **Notandū tamē qꝺ si infra octauas ephye nulla occurrerit dies dñica: tūc secūda feria post dictam octauā fiat officiū misse de domica.** In excelso throno. **Domica infra octauaꝫ ephye** In excelso throno **Introitꝰ.** Vidi sedere virum quē adorat multitudo angelorꝫ psallētes in vnū ecce cuius imperij nomen in eternū. **ps.** Jubilate deo omnis terra: seruite domino in leticia. **Oratio.** Vota q̄sumꝰ domine supplicātis populi celesti pietate prosequere: vt et que agēda sunt videant: et adimplēda que viderint cōualescāt. Per. **Fiat memoratio de ephya et de btā vgine. Ad Ro.** xij. Fratres: Obsecro vos p̄ misericordiam dei: vt exhibeatis corpa vestra hostiaꝫ viuentem sctām deo placentē: rōnabile obsequiū vestrū. Et nolite reformari huic seclo: sed reformamini in nouitate sensus vestri: vt pbetis q̄ sit volūtas dei bona: ⁊ beneplacēs ⁊ perfecta. Dico enī p̄ grām q̄ data est mihi oībus qui sūt inter vos nō plus sapere qꝫ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatē: ⁊ vnicui qꝫ sicut deus diuisit mensurā fidei. Sicut enī in vno corpore multa mēbra habemꝰ: oīa autē mēbra nō eundē actū habent ita multi vnuꝫ corpus sumꝰ in xp̄o. Singuli autē alter alterius mēbra: in xp̄o ihesu dño nostro. **Grad.** Benedictꝰ dñs deus israhel qui facis mirabilia magna solus a seculo. ℣. Suscipiāt montes pacē populo et colles iusticiam. **Alla.** ℣. Jubilate deo oīs terra: seruite domino in leticia. **Scōm Lucam.** ij. In illo tempe. Cum factus esset ihesus ānorum duodecim: ascendentibus illis ihe-rosolimam scd̄m consuetudinē diei festi. Cōsumatisqꝫ diebus cum redirent remansit puer ihesus in iherusalem: ⁊ non cognouerūt parētes eius. Existimantes autem illū esse in comitatu: venerūt iter diei: et requirebant eum inter cognatos et notos: et non inuenientes regressi sunt in iherusalem requirentes eum. Et factum est post triduū inuenerūt illū in tēplo sedentē in medio doctorum audientē illos ⁊ interrogātē eos.

Stupebãt aũt oñes qui eũ au diebãt super prudẽtia ⁊ respõ sis eiꝰ: ⁊ videtes admirati sunt Et dixit mr̃ eius ad illũ. Fili qd fecisti nob sic: Ecce pr̃ tuus et ego dolẽtes q̃rebamꝰ te. Et ait ad illos. Quid est q̃ me q̃reba tis: An nesciebatis q̃ in hꝭ que pr̃is mei sunt oportet me esse. Et ipi nõ itellexerũt verbũ qd locutꝰ ẽ ad eos. Et descẽdit cũ eis ⁊ venit nazareth: ⁊ erat sub ditus illis. Et mater eius cõser uabat oñia verba hec: cõferẽs in corde suo. Et ihus pficiebat sapiẽtia ⁊ etate ⁊ gr̃a apud deũ ⁊ homies. Offer. Iubilate deo ois terra: iubilate deo ois terra: ser uite dño in letitia: intrate in ꝯspectu eiꝰ in exultatõe: quia dñs ipe est deꝰ Oblatũ tibi dñe sacrifi Secre. ciũ viuificet nos semp ⁊ muni at. Per. Prefat. de epha. Cõ. Fili quid fecisti nobis sic: ego et pa ter tuꝰ dolẽtes querebamꝰ te. ⁊ quid est q̃ me querebatis: an nesciebatis quia in hꝭ que patris mei sunt opor tet me esse. Complen. Supplices te rogamꝰ omps deus: vt quos tuis reficis sacramẽtis: ti bi etiã placidis moribus dignã ter deseruire ꝓcedas. Per do. Infra octauã epha feria ãrta Lectio. Fratres: scimꝰ q̃m q̃cũ q̃ lex. Regre in vigilia epha.

In illo Scõm matheũ. iij tempe. Uenit ihesus a gali lea in iordanez ad iohannẽ: vt baptisaret ab eo. Johãnes au tem phibebat euz dicens. Ego a te debeo baptisari: ⁊ tu venis ad me. Respõdens autem ihe sus dixit ei. Sine modo: sic eñ decet nos implere omnẽ iusti ciam. Tũc dimisit eum. Bapti satꝰ autẽ ihesus: cõfestim ascen dit de aqua. Et ecce aperti sunt ei celi: ⁊ vidit spiritũ dei descẽ dentem sicut columbã: et veni entem super se. Et ecce vox de celo dicens. Hic est filius meꝰ dilectus: in quo mihi cõplacui.

Feria sexta. Ad thessalonicẽ. Fratres: No lite ij. cap. iij. deficere bñfaciẽtes. Qđ si quis nõ obedierit verbo no stro per epistolaz: hunc notate et non cõmisceami cum illo vt cõfundatur. Et nolite quasi ini micum illũ estimare: sed corri pite vt fratrem. Ipse autez de us pacis det vobis pacem sem piternam: in omni loco domi nus sit cũ omnibꝰ vobis. Scõz In illo tempe matheũ. iiij Cum audisset ihesus q̃ io hannes traditꝰ esset: secessit in galileam. Et relicta ciuitate na zareth: venit ⁊ habitauit in ciui tate capharnaũ maritima: in fi nibus zabulon et neptalim: vt adimpleret qđ dictum est per ysaiã pphetã. Terra zabulon ⁊ terra neptalim via marꝭ trãs iordanẽ galilee gentiũ. populꝰ q ambulabat in tenebris vidit lucem magnã: ⁊ sedentibus in regione vmbre mortis: lux or ta est eis. Exinde cepit ihs pdi care et dicere. Penitentiã agi te: appropinq̃bit eñ regnũ ce lor. Nota q̃ ab epha domini

vsq; ad dñicam septuagesime: scōm Aquileien. ecclesiam occurrūt sex officia dñicalia q̄ nō licet p̄termitti: et aliquotiēs nō inueniunt tot dies dñicales in quibus dicta officia possint licite locari: ideo de ipis fiat in ebdomadis per ferias. In octaua ep̄hye fiat vt i die. Introit⁹

DEcce aduenit. Oratio.

DEus cui⁹ vnigenit⁹ i substantia nostre carnis apparuit p̄sta q̄sum⁹: vt per eum qué similé nobis foris agnouim⁹: int⁹ reformari mereamur. Qui tecū. Lectio ysaie ꝓphete. xj.

IN dieb⁹ illis: Dixit ysaias. Domie deus me⁹ honorificabo te: laudé tuam tribuaz nomini tuo: qui facz mirabiles res. Consiliū tuū antiquū vex fiat. Domie excelsū est brachiū tuū. De⁹ sabaoth. corona spei: q̄ ornata est gloria. Exultet desertū: et exultēt solitudines iordanis. et popul⁹ meus videbit altitudiné dñi: et maiestatē dei. Et erit cōgregatus et redēptus per deū. Et veniēs in syon cū leticia: et leticia sempiterna erit super caput eius: laus et exultatio. Et aperiā in mōtib⁹ flumina: et in medijs campis fontes aquax dirumpā: et terram sitiétem sine aqua cōfundaz. Ecce puer me⁹ exaltabit et eleuabit: et sublimis erit valde. Hauriet; aquas in gaudio de fontib⁹ saluatoris: et dicetis in illa die. Cōfitemini dño: et inuocate nomē eius. Notas facite in ꝑplis adinuentiōes eius. Dementote quoniā excelsuz est nomē eius Cantate dño quoniā magnifice fecit. Annūciate hoc in vniuersa terra. Dicit dñs omnipotens. Grad. sequen. alla vt in die. Scōm Johannez. j. cap.

IN illo tempe. Vidit iohānes ihesuz venientē ad se et ait. Ecce agnus dei: ecce q̄ tollit peccata mūdi. Hic ē de quo dixi. Post me venit vir q̄ ante me fact⁹ est: qa prior me erat: et ego nesciebā eū. Sed vt manifestet in isrl: ꝓpterea ego veni in aqua baptisās. Et testimoniū perhibuit iohānes dicens. Quia vidi spiritum descendétem de celo q̄si columbā: et mānsit super eum: et ego nesciebam eum. Sed qui misit me baptisare i aqua ille michi dixit. Super quē videris spiritū descendentem et manentē super eum hic est qui baptisat in spiritu scō. Et ego vidi et testimoniuz perhibui: quia hic est filius dei. Hostias tibi domie ꝓ Secre. nati filij tui apparitione deferimus suppliciter exorātes: vt sicut ipe auctor nostrox est munerū: ita sit ipse misericors et susceptor. Qui te. Complē. Celesti lumie q̄sum⁹ domie semp hic et vbiq; nos p̄ueni: vt mysteriuz cui⁹ nos participes esse voluisti: et puro cernam⁹ intuitu: et digno participemus effectu. Per dñm. In octaua autē ep̄hye vsq; ad purificationem post orationē diei dicūtur ora-

tiones. Deus qui salutʒ. Et alia ad bñplacitū. Prefatio cōmunis. Reliqua vt ſ. Nota q̄ diebus ferialibꝰ nō dicunt Gloria in excelsis. nec Credo. Dñica ſecūda poſt ephyam Introitus.

OMnis terra adoret te deus ⁊ pſallat tibi: pſalmum dicat nomini tuo altiſſime. ps. Jubilate deo oīs terra: pſalmū dicite nomi eius: date gloriaʒ laudi eius. Glia patri.

OOmnipotēs ſempiterne deꝰ: qui celeſtia simul ⁊ terrena moderaris: ſupplicationes populi tui clementer exaudi: ⁊ pacē tuam noſtris cōcede temporibus. Per. Cōmemoratōes ſācte marie. Alie ad placitum. Ad romanos. xij.

FRatres: Habētes donationes ſcōm gratiā que data eſt nobis: differentes ſiue pphetiam ſcōm ratōem fidei: ſiue miſterium in miniſtrādo: ſiue qui docet in doctrina. Qui exhortatur in exhortādo. Qui tribuit in ſimplicitate. Qui preeſt in ſollicitudine Qui miſeretur i hilaritate. Dilectio ſine ſimulatione. Odientes malum: adherētes bono. Charitatē fraternitatis inuicē diligentes: honore inuicez puenientes. Sollicitudine non pigri. Spū feruentes: domio ſeruiētes. Spe gaudentes: in tribulatōe patiētes: oratiōi inſtantes: neceſſitatibus ſanctorū cōmunicantes. Hoſpitalitatē ſectātes. Benedicite perſequētibus vos. Benedicite: et nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibꝰ. Flere cum flentibus. Idipm inuicem ſentientes. nō alta ſapientes: ſed humilibus cōſentiētes. Grad. Miſit domin⁹ verbum ſuum ⁊ ſanauit eos: ⁊ eripuit eos de interitu eorum. ℣. Confiteant domio miſericordie eius. ⁊ mirabilia eius filijs hominū. Alleluia. ℣. Laudate dominū omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. Scōm Joh̄em. ij.

IN illo tempe: Nuptie facte ſūt in chana galilee: et erat mater ihesu ibi. Vocatus eſt autē ⁊ ihesus: ⁊ diſcipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino dicit mater ihesu ad eum. Vinū non habent. Et dicit ei ihesus. Quid michi ⁊ tibi eſt mulier: nondū venit hora mea. Dicit mater eius miniſtris. Quodcūq̄ dixerit vobis facite. Erant autem ibi lapidee hydrie ſex: poſite ſcōm purificatiōem iudeorꝫ: capientes ſingule metretas binas vl̄ ternas Dicit eis ihesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerūt eas vſq̄ ad ſūmū. Et dicit eis ihesus. Haurite nūc ⁊ ferte architriclino. Et tulerunt. Ut autez guſtauit architriclin⁹ aquam vinum factam: ⁊ non ſciebat vnde eſſet. Miniſtri autē ſciebant qui hauſerāt aquā. Vocat ſpōſuz architriclin⁹ ⁊ dicit ei. Omnis homo primū bonum vinū ponit. et cum inebriati fuerint: tūc id quod deteri⁹ eſt. Tu autem ſeruaſti vinū bonum vſq̄ huc. Hoc initiū ſignorum fecit

ihesus in chana galilee: & manifestauit gloriã suam. et crediderunt in eũ discipuli eius. Offr. Iubilate deo vniuersa terra: iubilate deo vniuersa terra: psalmũ dicite nomini eius: venite & audite & narrabo vobis oẽs qui timetis deũ quanta fecit dñs anime mee. Secr. Oblata dñe munera sanctifica: nosq; a peccatorũ nostrorũ maculis emunda. Per. Prefatio cõis. Cõm. Dicit dñs: implete hydrias aqua & ferte architriclino. dũ gustasset architriclinus aquã vinũ factam: dicit sponso. seruasti vinũ bonũ vsq; adhuc. hoc signũ fecit ihesus primũ corã discipulis suis. Cõpl. Augeat in nobis dñe qnãs tue virtutis opatio: vt diuinis vegetati sacramẽtis: ad eorũ pmissa capiẽda tuo munere ppar emur. Per. Feria. iiij. Ad Coloseñ. j.

Fratres: Audistis dispensatõem dei: q̃ data est michi in vobis: vt impleã verbum dei: mysteriũ qd̃ absconditum fuit a seculis et generatiõibus. Nunc autem manifestatũ est sãctis eius: quibus voluit deus notas facere diuitias glorie sacramenti hui9 in gentibus: qd̃ est xps in vobis spes glorie. Quẽ nos annũciauimus corripientes omnem hominẽ: & docentes in omni sapientia. vt exhibeamus omnẽ hoiem pfectum in xpo ihesu dño nro. Scõm

In illo tempe: Lucam. iiij. Egressus est ihesus in virtute spiritus in galileã: et fama exijt per vniuersam regionem de illo. Et ipe docebat in synagogis eorũ: et magnificabat ab omnib9. Et venit nazareth: vbi erat nutritus: & intrauit sm cõsuetudinẽ suã die sabbati in synagogam: & surrexit legere. Et traditus est illi liber ysaie pphete. Et vt reuoluit librum: inuenit locum vbi scriptum erat. Spiritus domi super me: ppter qd̃ vnxit me. euãgelizare paupib9 misit me: sanare contritos corde. pdicare captiuis remissionem: & cecis visũ. dimittere cõfractos in remissionẽ. pdicare ãnũ domini acceptum: & diem retributionis. Et cum plicuisset librum reddidit ministro & sedit. Et omnium in synagoga oculi erãt intendẽtes in eum. Cepit autẽ dicere ad illos. Quia hodie impleta est hec scriptura in auribus vestris. Et omnes testimoniũ illi dabant. et mirabant̃ in verbis gratie que pcedebãt de ore ipsius. Feria. vj. Ad thimothe

Oharis- um. iiij. pme eple sime: Fidelis sermo et oi acceptiõe dignus. In hoc eniz laboramus: & maledicimur. quia speramus in deũ viuũ: qui est saluator omnium hominũ: maxime fidelium. Precipe hec & doce. Nemo adolescentiã tuam cõtẽnat: sed exemplũ esto fideliũ in verbo: in cõuersatõe: in charitate: in fide: in spe: i castitate. Dum venio: attende lectõi: exhortationi: & doctrine. Noli negligere gratiam que in te est: q̃ data est tibi per pphetiam cum

impositione manuū ꝓsbyteri. Hec meditare. in his esto: vt ꝓfectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi: ⁊ doctrine insta in illis. Hoc eniz faciens: et teipsum saluuz facies: et eos q te audiūt. Scōm Marcū. vj In illo tempe: Egressus est ihesus abijt in patriam suam: et sequebātur eum discipuli sui. Et facto sabbato cepit in synagoga docere. Et multi audiētes āmirabātur in doctrina eius dicentes. Unde huic hec omnia: Et que est sapiētia que data est illi ⁊ virtutes tales: que per manꝰ eius efficiūtur: Nōne iste est faber filius marie: frater iacobi ⁊ ioseph: et iude ⁊ symonis: Nonne ⁊ sorores eius hic nobiscum sunt: Et scandalizabātur in illo. Et dicebat illis ihesus. Quia nō est ꝓpheta sine honore: nisi in patria sua: et in cognatione sua: et in domo sua. Et non poterat ibi virtutē vllam facere: nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. Et mirabatur ꝓpter incredulitatez illorū. Dominica tertia Adorate deum om Introitꝰ nes angeli eius audiuit ⁊ leta ta est syon: ⁊ exultauerunt filie iude. ℘s. Dominꝰ regnauit exultet terra letentur insule multe. Oratio. Omnipotens sempiterne deus: infirmitatē nostraz ꝓpicius respice: atqz ad ꝓtegēdum nos dexteraz tue maiestatis extende. ℘r dñm. Cōmemoratiōes vt s. Ad Rom. xij.

Fratres: Nolite eē prudētes apd vosmetipos: nulli malum pro malo reddentes Prouidētes bona non tm̄ coram deo: sed etiam coram omnibus hominibꝰ. Si fieri potest quod ex vobis est: cum omibꝰ hominibus pacez habētes. Non vosmetipos defendentes charissimi: sed date locū ire. Scriptum est enim. Mihi vindictaz ⁊ ego retribuam: dicit dominꝰ Sed si esurierit inimicus tuus ciba illum. si sitit: potum da illi. Hoc enim faciens: carbones ignis cōgeres super caput eiꝰ. Noli vinci a malo: sed vince in bono malum. Grad. Timebūt gentes nomen tuū domine: et oēs reges terre gloriam tuaz. ℣. Quoniam edificauit dominꝰ syon: ⁊ videbitur i maiestate sua. Alla. ℣. Dominus regnauit exultet terra: letent insule multe. Scōm Matheū. viij In illo tēpore: Cum descēdisset ihesus de monte: secute sunt eum turbe multe. Et ecce leprosus veniēs adorabat eum dicens. Domine: si vis potes me mūdare. Et extendens ihesus manū: tetigit eum dicēs Volo mūdare. Et ꝓtestim mūdata est lepra eius. Et ait illi ihesus. Vide vt nemi dixeris: sed vade ostende te sacerdotibus: ⁊ offer munus tuum qd̄ precepit moyses in testimoniū illis. Cum autem introisset capharnaum ihesus: accessit ad eū centurio: rogans eū ⁊ dicens: Domine: puer meꝰ iacet in domo

paraliticus:et male torquetur. Et ait illi ihesus. Ego veniã et curabo eum. Et respõdens centurio ait. Domine:non sum dignus vt intres sub tectum meum:sed tantum dic verbo et sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus:habẽs sub me milites. Et dico huic vade:et vadit. Et dico alio veni:et venit. Et seruo meo fac hoc:et facit. Audiens autem ihesus miratus est. et sequẽtibus se dixit. Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in israhel. Dico autem vobis q multi ab oriẽte et occidẽte venient: et recumbent cum abraham et ysaac et iacob in regno celorum. Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores:ibi erit fletꝰ et stridor dentium. Et dixit ihesus centurioni. Vade: et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatꝰ est puer i illa hora. Credo in vnũ deum. **Offerto.** Dextera domini fecit virtutem:dextera domini exaltauit me. non moriar sed viuam:& narrabo opera domini. **Secreta.** Hec hostia quesumus domine emũdet nostra delicta:et ad sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora mẽtesq sanctificet. Per dñm. **Mirabãtur** omnes de his **Cõmu.** que procedebãt de ore dei. **Cõplẽ.** Quos tantis domine largiris vti mysterijs tribue quesumꝰ: vt effectibus eorum nos veraciter aptare digneris. Per do.

Feria.iiij. ad Thi j. pme eple.

Carissime: Fidelis ꝑmo et oñi acceptione dignꝰ quia xpus ihesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere:quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiã consecutꝰ sum:vt in me primũ ostẽderet christus ihesus omnẽ patientiam ad informatiõem eorum qui credituri sunt illi in vitam eternam. Regi autem seculorum ĩmortali:inuisibili:soli deo honor et gloria:in secula seculorũ amen. **Scõm Johãnem j.** In illo tempore:Egressꝰ ihesus venit in galileam:et inuenit philippũ. Et dicit ei ihesus. Sequere me. Erat autem philippus a bethsaida:ciuitate andree & petri. Inuenit philippus nathanael:et dicit ei. Quẽ scripsit moyses in lege & pphete inuenimus:ihesum filium ioseph a nazareth. Et dixit ei nathanael. A nazareth potest aliquid boni esse. Dicit ei philippus. Veni et vide. Vidit ihus nathanael venientem ad se:& dicit de eo. Ecce vere israhelita:ĩ quo dolus non est. Dicit ei nathanael. Vñ me nosti. Respondit ihesus & dixit ei. Priusq te philippꝰ vocaret:cum esses sub ficu vidi te. Respõdit ei nathanael et ait. Rabbi: tu es filius dei tu es rex israhel. Respõdit ihesus et dixit ei. Quia dixi tibi vidi te sub ficu:credis maiꝰ his videbis. Et dicit ei. Amẽ amẽ dico vobis. videbitis celũ apertum:et angelos dei ascendẽtes

t descendẽtes supra filiũ hominis. Feria sexta Ad Cor. vij.

FRatres: Bonũ est hoi/ni mulierez non tangere/ Propter fornicationẽ autem vnusquisq; suam vxorez habeat: t vnaquaeq; virum suũ habeat. Uxori vir debitum reddat: similiter autẽ t vxor viro. Mulier potestatẽ sui corporis non habet: sed vir. similiter autez et vir potestatẽ sui corporis non habet: sed mulier. Nolite fraudare inuicẽ: nisi forte ex cõsensu ad tempus vt vacetis oratioi. Et iteruz reuertimini in id ipsũ: ne temptet vos sathanas propter incõtinentiã vestram. Hoc autez dico scõm indulgẽtiam: non scõm imperiuz. Uolo autem oẽs homies esse sicut meipm: sed vnusquisq; proprium domũ habet ex deo. alius quidẽ sic: alius vero sic. Dico aũt nõ nuptis t viduis. Bonum est illis si sic permãserint: sicut t ego. Qõ si se nõ cõtinẽt nubant. Melius est eñ nubere q; vri. Scõm Matheum. iiij.

IN illo tpe: Circuibat ihus totam galileam: docens in synagogis eoz. Et pdicãs euãgeliũ regni: t sanans omnẽ languorem t omnẽ infirmitatẽ in populo. Et abijt opinio eius in totam syriam. Et obtulerũt ei omnes male habentes: varijs languoribus t tormẽtis cõprehensos. t qui demõia habebãt: t lunaticos t paraliticos. et curauit eos. Et secute sunt eũ turbe multe. Dñica. iiij. reiterat introit9. Adorate. p totũ. Oro

DEus qui nos in tantis periculis cõstitutos pro humana scis fragilitate nõ posse subsistere. da nobis salutẽ mentis t corporis. vt que p peccatis nostris patimur: te adiuuante vincam9. Per dñm. Ad ro/

FRatres: Nemanos. xiij. mini quicq; debeatis: nisi vt inuicẽ diligatis. Qui enim diligit p̃ximũ: legem impleuit. Nã nõ adulterabis. nõ occides. nõ furaberis. nõ falsũ testimoniũ dices. nõ cupisces rẽ p̃rimi tui. Et si qd̃ est aliud mãdatum in hoc verbo instauratur. Diliges p̃ximũ tuũ sicut teipm Dilectio p̃rimi malũ nõ op̃at. Plenitudo ergo legis est dilectio. Scõm Matheum. viij.

IN illo tpe: Ascendẽte ihesu in nauiculã: secuti sũt eũ discipuli eius. Et ecce mot9 magnus fact9 est in mari: ita vt nauicula op̃iret̃ fluctib9. Erat aũt vent9 ctrari9 illis. ipse vo dormiebat. Et accesserũt discipuli eius t suscitauerũt eũ dicẽtes. Dñe salua nos: perim9. et dicit eis ihs. Quid timidi est7 modice fidei. Tunc surgẽs imp̃auit vẽtis t mari: t facta est trãquillitas magna. Porro hoies mirati sũt: dicẽtes. Qualis est hic: quia venti et mare obediũt ei. Secr. Cõcede q̃s omps deus vt huí9 sacrificij mun9 oblatuz fragilitatẽ nr̃az ab oi malo purget semp̃ t muniat. Per. Cõpl.

Munera tua nos domine de/us a delectatiõibus terrenis ex/pediant:et celestib9 semper in/staurent alimẽtis. ℘er. Feria quarta Ad Romanos ij.

Non est enim acceptio p/sonaruz apud deum. Quicũqz enim sine lege peccauerunt:si/ne lege peribũt. Et quicũqz i le/ge peccauerũt:per legem iudi/cabũtur. Non eñ auditores le/gis iusti sunt apud deuz:sed fa/ctores legis iustificabũtur. Cuz enim gentes que legem nõ ha/bẽt naturaliter:ea que legis sũt faciunt. Eiusmodi legez nõ ha/bẽtes:ipsi sibi sunt lex:qui ostẽ/dunt opus legis scriptũ in coz/dibus suis teltimoniũ redden/te illis cõscientia ipsoꝝ:z in/ter seinuicez cogitationũ accu/santiũ aut etiam defendentiũ in die cuz iudicabit deus occul/ta hominuz scõm euangelium meum:per ihesum christũ do/minũ nostrũ. Scõm Lucã. ix

In illo tẽpore: Factuz est ambulantib9 illis in via:di/xit quidam ad ihesuz. Sequar te quocũqz ieris. Et ait illi ihe/sus. Vulpes foueas habent:et volucres celi nidos. Filius au/tem homis non habet vbi ca/put suum reclinet. Ait autẽ ad alterũ. Sequere me. Ille autẽ dixit. Domie:permitte me pri/mũ ire z sepelire patrem meuz Dixitqz ei ihus. Sine vt moz/tui sepeliant moztuos suos. tu autem vade z annũcia regnuz dei. Et ait alter. Sequar te do/mine:sed permitte me primuz renunciare his qui domi sunt. Ait ad illuz ihesus. Nemo mit/tens manũ suã ad aratrũ z aspi/ciens retro:apt9 est regno dei

Feria sexta Ad colosenses. iiij.

Fratres. Oratõni instate: vigilantes in ea in gratia/rum actiõe. Orantes simul z p nobis:vt deus apiat nobis ho/stium sermonis ad loquendum mysteriuz christi. Propter qd etiam vinctus sum vt manife/stem illud:ita vt oportet me lo/qui. In sapiẽtia ãbulate ad eos qui foris sunt:tempus redimẽ/tes. Sermo vester semp i gra/tia sale sit ꝓdit9:vt sciatis quo/modo oporteat vos vnicuiqz respõdere:in xpo ihesu domio nostro. Scõm Marcum. x.

In illo tẽpore: Offerebãt ihesu puulos vt tangeret illos. Discipuli autem cõmina/bantur offerẽtibus. Quos cuz videret ihesus indigne tulit:et ait illis. Sinite paruulos veni/re ad me:z ne phibueritis eos. Talium est enim regnum celo/rum. Amen dico vobis. Quis/quis nõ recepit regnũ dei:ve/lut paruulus:non intrabit in il/lud. Et cõplexans eos:z impo/nens manus super illos bene/dicebat eos. Dñica. v. Introi/tus. Adorate deum. vt s̃. p totũ.

Familiã tuaz q̃su Oratio. mus domine cõtinua pie/tate custodi:vt q̃ sola i spe gra/tie celestib9 innitit̃:tua semper ꝓtectione muniatur. ℘er do.

Fratres: Ad Colosen. iij. Induite vos sicut electi dei: sancti ⁊ dilecti viscera misericordie. benignitatē. hūilitatē. modestiā. paciētiam supportātes iuicē: ⁊ donātes vobismetipis. si qs aduersus aliquez habet q̄relā. Sicut ⁊ dñs donauit vobis: ita ⁊ vos facite. Super oia aūt hec charitatē ꝓtinuā habete: qđ est viculū pfectōis. Et pax xpi exultet in cordib⁹ vr̄is: in q̄ ⁊ vocati estis i vno corpe: ⁊ gr̄ti estote. Uerbū xpi habitet in vobis abūdāter in oi sapia: docētes ⁊ ꝓmonētes vosmetipos psalmis hymnis ⁊ cāticis spiritalib⁹: i gr̄a canētes in cordib⁹ vr̄is dño. Oīe q̄cūq; facitis in vbo aut i ope: oīa in noie dñi ihu facite gr̄as agētes deo patri: per ihm xp̄m dominum nostrum. Scōm Matth. xiij. In illo tpe. di. i. di. s. pabolā hāc. Simile factū ē regnū celoz hoi qui seiauit bonū semē i agro suo. Cum aūt dormirent hoies: venit inimic⁹ ei⁹ ⁊ superseminauit zizania i medio tritici: ⁊ abijt. Cū aūt creuisset herba et fructū fecisset: tūc apparuerūt ⁊ zizania. Accedētes aūt serui patrisfamilias: dixerunt ei. Dñe: nōne bonuz semē seiasti i agro tuo: vñ ergo habet zizania: Et ait illis. Inimicus hō hoc fecit. Serui aūt dixer̄t ei. Uis im⁹ et colligim⁹ ea: Et ait. Nō: ne forte colligētes zizania: eradicetis si⁹ ⁊ triticū. sinite vtraq; crescere vsq; ad messē: ⁊ i tpe messis dicā messoribus. colligite pmūzizania: ⁊ alligate ea i fasciculos ad cburēdū. triticū aūt congregate i horreū meū. Secr. Hostias tibi dñe placatōis offerim⁹: vt ⁊ delicta nr̄a miserat⁹ absoluas: ⁊ nutātia corda tu dirigas. Per. Cōpt. Oīs omps deus vt illi⁹ salutar⁹ capiam⁹ effectū cui⁹ p hec mysteria pign⁹ accepim⁹. Per do. Feria q̄rta Ad Hebr̄ēs: Ui. Cor⁹. j. ca. j. epl̄. Idete vocatōem vr̄am. q; nō mlti sapiētes sm carnē. Nō mlti potētes. nō mlti nobiles: sed que stulta sunt huius mūdi elegit deus vt confundat sapientes: et infirma mundi elegit de⁹. vt cfūdat fortia: ⁊ ignobilia mūdi ⁊ cōtēptibilia elegit de⁹. ⁊ ea q̄ nō sūt: vt ea q̄ sūt destrueret: vt nō glier̄ oīs caro coram illo. Ex ipso aūt vos estis i xpo ihu: q factus ē nobis sapia a deo ⁊ iustitia: ⁊ sctificatio: ⁊ redemptio. vt quēadmodū scriptū ē. Qui gloriat̄ in dño glorietur.

Scōm Matheum. xxj.

In illo tempore: dixit ihūs principib⁹ sacerdotum ⁊ seniorib⁹ ppli. Quid vobis videtur. Homo qdā habebat duos filios: et accedēs ad p̄mū dixit. Fili vade hodie opare i vinea mea. Ille aut̄ rñdēs ait. Nolo: postea aūt penitētia motus abijt. Accedēs aūt ad alter: dixit simr̄. At ille rñdēs ait. Eo dñe: ⁊ non iuit. Quis ex duob⁹ fecit voluntatē p̄ris: Dicūt ei: p̄m⁹. Dicit illis ihūs. Amē dico vobis: q; publicani ⁊ meretrices p̄cedūt vos i regno dei. Uenit enim ad

vos iohãnes i via iusticie ⁊ nõ credidistis ei. publicani autez ⁊ meretrices crediderũt ei. Vos autem vidẽtes: nec penitentiã habuistis postea vt crederetis ei. Qui habet aures audiẽdi audiat. Feria sexta Ad Thessalo

Rẽs: niceñ. iiij. p̃me epł. De charitate fraternitatis non necesse habem⁹ scribere vobis. ipsi eñ vos a deo didicistis vt diligatis inuicẽ. Et eñ faciatz illud in oñes fratres: in vniuersa ecclesia. Rogam⁹ autem vos vt abũdetis magis: ⁊ operam detis. vt quieti sitis: et vt agatis negociũ vestrum. Et operemini manibus vestris: sicut p̃cepimus vobis. Et vt honeste ambuletis ad eos qui foris sunt. et vt nullius aliq̃d desideretis. Gratia domi nostri ihesu christi sit nobiscũ. Scõz

In illo tpe. Fa/ Lucam. ix.

Ctum est duz complerẽtur dies assumptiõis ihesu: ⁊ ipe faciem suã firmauit vt iret in ihe rusalem: et misit nuncios ante cõspectuz suum. Et euntes intrauerũt in ciuitatez samaritanorum vt pararẽt illi. Et nõ receperunt euz: quia facies eius erat euntis in iheruſalẽ. Et cuz vidissent discipuli eius iacob⁹ ⁊ iohãnes dixerunt. Domine: vis dicim⁹ vt ignis descendat de celo: et cõsumat illos. Et cõuersus increpauit illos dicens nescitis cuius spiritus estis. filius hominis nõ venit aias perdere: sed saluare. Et abierũt in aliud castellũ. Dominica sexta

Introit⁹. Adorate deũ oẽs ange. per totuz vtiupra. Oratio.

Onserua populum tuuz de⁹: et tuo nomini fac devotum: vt diuinis subiect⁹ officijs et tempalia vtiliter: ⁊ eterna dona feliciter p̃cipiat. Per dñm nostrũ ihũm xp̃m Lectio epłe beati pauli apli. ad Roma

Fratres: Sicut p̃ nos. v. vnius delictuz oñes homines in cõdemnatõem: sic et per vnius iusticiam oñes homines constituũtur in iustificationem vite. Sicut eñ per inobedientiã vnius hom̃is peccatores cõstituti sunt multi: ita et per vni⁹ obeditõem iusti cõstituentur multi. Lex autẽ subintrauit: vt abundaret delictũ. Vbi autem abũdauit delictum supabundauit et gratia. Vt sicut regnauit peccatum in mortem: ita et gratia regnet per iusticiã in vitam eternaz: per ihesum christum dominũ nostrũ.

In illo Scõm Marcũ. vj. tempore. Cum sero factũ esset: erat nauis in medio mari et ipse sol⁹ in terra. Et vidẽs discipulos laborantes in remigando. Erat eniz ventus contrarius eis. Et circa quartã vigiliaz noctis venit ad eos: ambulans supra mare: et volebat p̃terire eos. At illi vt viderunt eũ ambulãtez supra mare: putauerũt fantasma esse: ⁊ exclamauerũt. Oẽs eñ eũ viderũt ⁊ cõturbati sunt. Et statim locut⁹ ẽ cũ eis: ⁊ dixit illis. Cõfidite: ego sum. nolite timere. Et ascendit

ad illos in nauim: ⁊ cessauit vē tus. Et plus magis intra se stu/ pebant. Non enim intellexerūt de panibus. erat enim cor illo/ rum obcecatum. Et cum trans/ fretassent peruenerūt in terrā genazareth et applicuerūt. Cū q; egressi eēnt de naui cōtinuo cognouerunt eum. Et percur/ rentes vniuersam regionez il/ lam: ceperunt in grabatis eos qui se male habebant circūfer/ re vbi audiebant eum esse. Et quocūq; introibat: in vicos vl' in villas aut ciuitates: in plate/ is ponebant infirmos ⁊ depre cabantur eum. vt vel fimbriaz vestimenti eius tangerent. Et quotquot tangebāt eum: salui fiebant. Secre. Hec nos obla tio domie deus mūdet a crimi ne quesum9: et renouet guber net ⁊ protegat. Per do. Cópt. Celestibus domie pasce delici is q̄sum9: vt semp eadē p que viuimus: veraciter appetam9 Per dñm. Dominica in septu Circum agesima Introit9. Oderūt me gemitus mortis: dolores inferni circūdederūt me: et in tribulatione mea inuocaui domi/ num et exaudiuit de templo sancto suo vocem meā. ps. Diligam te do/ mine virtus mea: dominus firma/ mentum meum et refugium meum. Gloria patri et filio. Gloria in ex/ celsis. non dicitur: nisi festuz du plex aut nouez lectionū occur/ rat vsq; ad pascha. Oratio. Preces populi tui quesu/ mus dñe clementer exau di: vt qui iuste pro peccatis no stris affligimur: pro tui nomis glia misericorditer liberemur. Per dñm. Que oratio sola di/ catur. Ad Corinth. j. ix. Fratres: Nescitz q; hij qui in stadio currūt. omnes quidē currunt: sed vnus accipit brauiū. Sic currite vt comp̄hen/ datis. Omnis enim qui in agone cōtendit: ab omnibus se ab/ stinet. Et illi quidem vt corru/ ptibilez coronā accipiant: nos autem incorruptam. Ego igi/ tur sic curro: nō quasi in incer/ tum. Sic pugno: non quasi ae rem verberās. Sz castigo cor pus meum: et in seruitutem re digo. ne forte cum alijs predi/ cauerim: ipe reprobus efficiar Nolo enim vos ignorare fra/ tres: quoniā patres nostri om nes sub nube fuerunt. et oñes mare transierunt. et omnes in moyse baptisati sunt in nube et in mari. Et omnes eandem escam spiritalem manducaue/ runt: ⁊ omnes eundem potuz spiritalem biberūt. Bibebant aūt de spiritali cōsequenti eos petra. Petra autē erat christus Adiutor in oportunitati/ Grad. bus: in tribulatōne sperent in te qui nouerunt te: quoniam non derelin/ quis querentes te domine. ℣. Quo niam non in finem obliuio erit pau/ peris: patientia pauperum non peri/ bit ineternuz. exurge domine nō pre ualeat homo. Tractus. De pro/ fundis clamaui ad te domine: domi ne exaudi vocem meā. ℣. Fiant au/

res tue intendẽtes in oratione seruitui ℣. Si iniquitates obseruaueris dñe: dñe qs sustinebit. ℣. Quia apud te ppiciatio ẽ: & ppter legẽ tuã sustinui te dñe. Scõm Math. xx.

In illo tpe: Dixit ihus discipulis suis parabolã hanc. Simile est regnũ celoꝝ hoĩ pfamilias: qui exiit pm omane conducere oparios in vineã suã. Cõuentõe aũt facta cũ opariis ex denario diurno: misit eos i vineã suã. Et egressus circa horam tertiã vidit alios stãtes in foro ociosos: & illis dixit. Ite & vos in vineã meaz: & qđ iustũ fuerit dabo vob. Illi aũt abierunt. Iterũ aũt exijt circa sextã & nonã horã: & fecit similiter. Circa vndecimã vo exijt & inuenit alios stantes: & dicit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicũt ei. Quia nemo nos cõduxit. Dicit illis. Ite & vos i vineã meã. Cũ aũt sero factuz esset: dicit dñs vinee pcuratori suo. Voca opariosꝫ et redde illis mercedẽ: incipiẽs a nouissimis vsqꝫ ad pmos. Cũ venissent ergo qui circa vndecimaz horã venerãt: acceperũt singulos denarios. Veniẽtes aute & primi: arbitrati sũt qꝫ plꝰ essent accepturi. Acceperũt aũt & ipsi singulos denarios. Et accipiẽtes murmurabãt aduersus patrẽfamilias: dicẽtes. Hij nouissimi vna hora fecerũt: & pares nobis illos fecisti: qui portauimus pondus diei & estus. At ille respondẽs vni eorum dixit. Amice: non facio tibi iniuriaz. Nõne ex denario cõueneristi mecum? Tolle qđ tuum est et vade. Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. Aut non licet michi qđ volo facere? An oculꝰ tuus nequã est: quia ego bonꝰ sum. Sic erũt nouissimi primi: & primi nouissimi. Multi eniz sunt vocati: pauci vero electi. Offerto. Bonum est cõfiteri domino: & psallere nomini tuo altissime. Secre. Muneribus nostris quesumꝰ domie precibusqꝫ susceptis & celestibꝰ nos mũda mysterijs: & clementer exaudi. Pder do. Cõmu. Illumia faciem tuam super seruũ tuum: et saluuz me faci tua misericordia. dñe nõ cõfundar: qm̃ inuocaui te. Complẽ. Fidelcs tui deus per tua dona firmẽtur: vt eadem et percipiendo requirãt: et querẽdo sine fine percipiant. Pder dñm.

Nota qꝫ ab hac domica vsqꝫ ad pascha nullum festum sanctoꝝ agi potest die domico. Feria quarta. Ad Hebreos. iiij. capꝫ.

Fratres: Festinemꝰ igredi in illam requiez: vt ne i idipm quis incidat incredulitatis exemplum. Viuus est eñ sermo dei & efficax: et penetrabilioz omi gladio ancipiti: et pingens vsqꝫ ad diuisionẽ anime ac spiritus compaguz quoqꝫ et medullarũ: et discretor est cogitationũ et intentionũ cordis. Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. oia autem nuda & opta sunt oculis

eius ad quē nobis sermo. Habētes ergo pontificem magnū qui penetrauit celos: ihm filiū dei. Teneam⁹ spei nre cōfessionē. Non enīz habemus pontificem qui nō possit compati infirmitatibus nostris. temptatum autem per oīa pro similitudine carnis absqz peccato. Adeamus ergo cuz fiducia ad thronuz gratie: vt misericordiam cōsequamur: et gratiam inueniam⁹ in auxilio oportuno: per ihesum christū dominū nostrum. Scōm Marcū. ix.

In illo tempore: Egressus ihesus ibat per galileā: nec volebat quēqz scire. Docebat autem discipulos suos: et dicebat illis. Quoniā filius homis tradetur in manus peccatorum: et occident euz. Et occisus: tertia die resurget. At illi ignorabant verbuz: et timebant interrogare eum. et venerunt capharnaum. Qui cum domi esset interrogabat eos. Quid i via tractabatis? At illi tacebāt. Siquidez in via inter se disputauerūt: qs esset illorum maior. Et residēs vocauit duodecim: et ait illis. Si quis vult primus esse: erit omniū nouissimus: et omniuz minister. Et accipiēs puerū statuit eum in medio eoruz. Quē cū cōplexus esset ait illis. Quisquis vnum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo: me recipit. Et quicunqz me susceperit: nō me suscipit: sed euz q me misit. Feria. vj. Ephesij.

Fratres: Eram⁹ natura filij ire sicut et ceteri. Deus autē qui diues est in misericordia propter nimiā charitatē suam qua dilexit nos. Et cū essemus mortui peccatis: cōuiuificauit nos in christo. cuius gratia estis saluati. Et cōresuscitauit et cōsedere fecit in celestib⁹ in christo ihesu. Ut ostenderet in seculis supuenientibus abūdātes diuitias gratie sue in bonitate super nos: in christo ihesu domīo nostro. Scōm Mar

In illo tempore: cum. vij. Cōuenerunt ad ihesū pharisei et quidam de scribis venientes ab ierosolimis. Et cum vidissent quosdam ex discipulis eius cōmunib⁹ manibus: id est non lotis manibus manducare panes: vituperauerunt. Pharisei autem et oīes iudei nisi crebro lauerint manus nō manducant: tenentes traditionem seniorum. Et a foro venientes nisi baptizētur nō comedūt. Et alia multa sunt que tradita sunt illis seruare. baptismata calicum: et vrceorum et eramentorum et lectorū. Et interrogabant eū pharisei et scribe. Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditiōem seniorum: sed cōmunibus manibus manducant panez? At ille respondēs dixit eis. Bñ pphetauit ysaias de vobis hypocritis: sic scriptū est. Populus hic labijs me honorat: cor aūt eorum lōge a me é. In uanū aūt me colunt: docentes

doctrinas et p̃cepta hominuz. Relinquẽtes eñ mandatũ dei tenentes traditõem hominuz.

Dñica in sexagesima Introit⁹

EXurge quare obdormis dñe exurge et ne repellas in finez: quare faciem tuam auertis obliuiscẽris tribulatiõis nostre: adhesit in terra venter noster. exurge domie adiua nos ⁊ libera nos. **ps.** Deus auribus nostris audiuim⁹: patres nostri annũciauerunt nobis.

Oratio

DEus qui cõspicis quia ex nulla nostra actiõe confidimus: cõcede ppicius: vt contra omnia aduersa doctoris gẽtiũ protectiõe muniamur. ℘er do. **Que oratio sola dicaf. Ad**

FRatres Corinth. xj. epl'. ij Libenter suffertis insipientes: cum sitis sapientes. Sustinetis enĩ si quis vos in seruitutem redigit. si quis deuorat. si quis accipit. si quis extollit. si quis in faciẽ vos cedit. Scõm ignobilitatẽ dico: q̃i nos infirmi fuerim⁹ in hac parte in quo quis audet. In insipiẽtia dico audeo ⁊ ego. Hebrei sũt ⁊ ego israhelite sunt ⁊ ego: semẽ abrahe sũt ⁊ ego ministri xp̃i sunt et ego. vt min⁹ sapiẽs dico: plus ego. In laborib⁹ plurimis: in carcerib⁹ abũdantius. in plagis supra modũ: in mortib⁹ frequenter. A iudeis quĩquies quadragenas vna minus accepi. Ter virgis cesus sum. Semel lapidat⁹ sũ: ter naufragiũ feci. Nocte ac die in pfundo maris fui In itinerib⁹ sepe periculis fluminũ: periculis latronũ. piculi ex genere. periculi ex gentib⁹: piculis in ciuitate. piculis in solitudine. periculis i mari. periculis in falsis fratrib⁹. In labore ⁊ erumna: in vigilijs multis. in fame ⁊ siti. in ieiunijs multis. in frigore ⁊ nuditate: p̃ter illa q̃ extrinsecus sunt: instantia mea quotidiana sollicitudo omniũ ecclesiarũ. Quis infirmat' ⁊ ego non infirmor? Quis scãdalizatur ⁊ ego non vror? Si gloriari oportet: que infirmitatis mee sũt gloriabor. Deus ⁊ pater domini nr̃i ihesu xp̃i scit: qui est benedictus in secula q̃ non mentior. Damasci p̃positus gentis arethe regis custodiebat ciuitatem damascenorũ vt me comprehenderet: et per fenestram in sporta dimissus fuz per murum: ⁊ sic effugi man⁹ eius. Et si gloriari oportet: nõ expedit quidem. veniam autem ad visiones et reuelatiões domini. Scio hominez in christo ante annos q̃tuordecim: siue in corpore: sine extra corpus nescio. deus scit: raptũ huiusmodi vsq̃ ad terciuz celum. Et scio huiusmodi hominẽ sine i corpore: sine extra corpus. nescio. deus scit. qm̃ raptus est in paradisũ: et audiuit archana verba: q̃ nõ licet hoĩ loqui ℘ huiusmodi gloriabor. ℘ro me autez nichil nisi in infirmitatib⁹ meis. Nam ⁊ si voluero gloriari non ero insipiẽs. Veritatẽ eñ dicã. parco autẽ: ne qs me existimet

supra id qđ videt in me:aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationuz extollat me: datus est michi stimulꝰ carnis mee angelꝰ sathane qui me colaphizet. Propter qđ ter dñm rogaui vt discederet a me:z dixit michi. Sufficit tibi gra mea Naz virtꝰ in infirmitate pficit. Libēter igit gloriabor in infirmitatibꝰ meis: vt inhabitet in me virtꝰ xpi. Grad. Sciāt omes gētes qm nomē tibi deꝰ:tu solꝰ altissimus sup oēz terrā. ℣. Deus meꝰ pone illos vt rotā:z sicut stipulā ante faciē venti. Tractꝰ. Qmouisti dñe terrā z cōturbasti eā. ℣. Sana cōtritiones eius:qz mota est. ℣. Fugiant a facie arcus vt liberentur electi tui.

In illo tpe:Cū turba plurima cōueniret:z de ciuitatibus ppera rēt ad ihm dixit p similitudinē. Exijt q semiat semiare semē suum. Et dū semiat aliud cecidit secꝰ viā z cōculcatū est:z volucres celi comederunt illud. Et aliud cecidit supra petraz z natum aruit:qz nō habebat hūorē. Et aliud cecidit inter spinas z simul exorte spine suffocauerūt illud. Et aliud cecidit in terram bonā:z ortum fecit fructū centuplū. Hec dicēs clamabat Qui habet aures audiēdi audiat. Interrogabāt autē eū discipuli eius:que esset hec parabola. Quibus ille dixit. Vobis datū est nosse mysteriū regni dei ceteris autē in parabolis: vt videntes nō videāt: z audientes nō intelligāt. Est aūt hec pabola. Semē est verbū dei. qđ aūt secus viā:hij sunt qui audiunt. deinde venit diabolus:z tollit verbū de corde eoz:ne credētes salui fiant. Nā qđ supra petram:hij sunt qui cuz audierint cum gaudio suscipiūt verbum Et hij radices nō habent:qz ad tempus credūt:z in tpe tēptationis recedūt. Qđ autez in spinas cecidit: hij sūt qui audierūt z a solicitudinibus z diuitijs et voluptatibꝰ huiꝰ vite euntes suffocant:z nō referūt fructuz Qđ aūt in bonā terrā:hij sunt qui i corde bono z optimo audientes verbū retinēt:z fructū afferūt in patiētia. Offer. Perfice gressus meos in semitis tuis vt nō moueant vestigia mea. idina aurem tuā z exaudi verba mea:mirifica miscōias tuas qui saluos facis sperantes in te dñe. Secr. Oblatuz tibi dñe sacrificiū viuificet nos semp et muniat. Per. Lō. Introibo ad altare dei ad euz qui letificat iuuentutē meā. Compl. Supplices te rogamꝰ oipotēs deꝰ: vt quos tuis reficis sacramentis: tibi etiaz placidis moribus dignanter deseruire concedas Per dñm. Feria ḡrta. Ad Hebreos. xij.

Fratres:Recogitate dominū ihesū christum:qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipm contradictōez: vt ne fatigemi animis vris deficiētes. Nōdū enim vsq; ad sāguinē restitistis aduersus peccatū repugnātes:z obli

ti estis cõsolatõis: que vobis tã q3 filijs loquit dicens. Fili mi: noli negligere disciplinam dñi neq3 fatigeris dũ ab eo argueris. Quem eñ diligit dñs castigat. Flagellat autem omnẽ filium quez recipit. In disciplina pseuerate: tanq3 filijs vobis se offert deus. Quis eñ filiꝰ quẽ nõ corripit pater? Qõ si extra disciplinã estis cuiꝰ ptices facti sũt oẽs: ergo adulteri ni7 nõ filij estis. Deinde pres quidez carnis nostre eruditores habuimꝰ 7 reuerebamur eos: num multomagꝭ obtempabimꝰ patri spirituũ: 7 viuemꝰ ĩ xpo ihu dño nro. Scõm Matheũ. xij.

In illo tpe: Dixit ihus phariseis. Qui nõ est mecũ cõtra me est: 7 qui nõ ꝯgregat me cũ spargit. Ideo dico vobis. Omne pctm 7 blasphemia remittet hoĩbus: spũs autẽ blasphemie non remittet. Et quicũq3 dixerit verbũ ꝓtra filiũ hominis: remittet ei. Qui autẽ dixerit ꝓtra spm̃ sanctũ nõ remittetur ei neq3 in hoc seculo: neq3 in futuro. Aut facite arborẽ bonam 7 fructũ eius bonũ: aut facite arborem malã 7 fructum eius maluz. Diquidẽ ex fructu arbor cognoscit. Progenies viperaꝝ: quõ potestis bona loqui cum sitis mali? Ex abundãtia eñ cordis os loquitur. Bonus hõ de bono thesauro cordis sui ꝓfert bona: 7 malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autẽ vobis: qm̃ oẽ verbũ ociosũ qd̃ locuti fuerint homies: reddent de eo ratiõez in die iudicij. Ex verbis eñ tuis iustificaberis: 7 ex verbis tuis cõdemnaberis. Feria. vj. ad

Fratres: Nos Thessal. ij autẽ desolati a vobis ad tempus ore aspectu: nõ corde. Abundãtius festinauimꝰ faciẽ vestrã videre cũ multo desiderio: qm̃ volumꝰ venire ad vos Ego quidẽ paulꝰ 7 semel 7 iterum. sed impediuit nos sathanas. Que est enim nostra spes aut gaudiũ: aut corona gloꝛie? Nõne vos ante dñm nostrum ihesũ xpm̃ in aduẽtu eiꝰ? Vos eñ estis gloria nostra 7 gaudium nr̃m: in xpo ihesu dño nostro. Scõm Lucã. xvij.

In illo tempe: Interrogatus ihesus a phariseis. Qm̃ veneriꝛ regnũ dei? Rñdens ihesus dixit. Non venit regnũ dei cum obseruatõe: neq3 dicẽt ecce hic: aut ecce illic. Ecce eñ regnũ dei intra vos est. Et ait ad discipulos suos. Venient dies qm̃ desideratis videre vnũ diem filij hominis et nõ videbitis. 7 dicent vobis: ecce hic: et ecce illic. Nolite ire: neq3 sectemini. Nã sicut fulgur corruscans sub celo: in ea que sub celo sunt fulget. Ita erit filiꝰ hominis in die sua. Primum autez oportet illum multa pati: et reprobari a generatione hac. Et sicut factũ est in diebus noe: ita erit et in diebus filij hominis. Edebant et bibebant. vxores ducebant

ꝛ dabant ad nuptias vsq; in di
em q̄ intrauit noe in archam:ꝛ
venit diluuiū ꝛ perdidit oēs
Sil̄r sicut factū est ī dieb⁹ lotḥ
Edebāt ꝛ bibebāt:emebāt ꝛ vē
debāt:plantabāt ꝛ edificabant.
Qua die autē exijt lotḥ a sodo
mis pluit ignē ꝛ sulphur de ce
lo:et oēs perdidit. Scōm hec
erit qua die filiꝰ hoīs revelabit
In illa hora q̄ fuerit in tecto:ꝛ
vasa eius in domo:ne descen
dat tollere illa.Et q̄ in agro sil̄r
nō redeat retro.Mēores esto
te vxoris lotḥ . Quicunq; que
sierit animā suam saluam face
re:perdet illaz. Et quicūq; per
diderit illam : viuificabit eam.
Dico vobis: in illa nocte erūt
duo in lecto vno.Unꝰ assume
tur:et alter relinquet. Due erūt
molentes in vnū:vna assume
tur et altera relinquet.Duo in
agro:vnus assumet et alter re
linquet. Respōdentes dicūt il
li.Ubi dñe:Qui dixit illis.Ubi
cūq; fuerit corpus:illuc cōgre
gabunt ꝛ aquile. Dñica in qn
Esto q̄gesima Introitꝰ.
michi in deum ꝓtectorez ꝛ in
locū refugij vt saluū me facias:quo
niam firmamentū meū ꝛ refugiū me
um es tu:et ꝓpter nomen tuum dux
michi eris et enutries me. ℘s. In te
te domie speraui nō ꝯfundar in eter
num:in iusticia tua libera me. Oro
Preces nostras quesumꝰ
dñe cleméter exaudi:atq;
a pctōx nostrox vinculis abso
lutos:ab oī nos aduersitate cu
stodi. ℘er. Que oratio sola di
cat. Lectio epl̄. j.ad Corꝯ.xiij.
Fratres:Si liguis homi
num loquar ꝛ angelorum
charitatē autē non habeam:fa
ctus sū velut es sonās aut cym
balum tinniēs.Et si habuero ꝓ
phetiam:et nouerim mysteria
oīa ꝛ omnē scientiā.Et si ha
buero omnē fidem: ita vt mō
tes transferā:charitatē autē nō
habuero nichil sum.Et si distri
buero in cibos paupex oēs
facultates meas:ꝛ si tradidero
corpus meum ita vt ardeā:cha
ritatem autē non habuero:ni
chil michi ꝓdest.Charitas pati
ens est : benigna est. Charitas
nō emulatur. nō agit perperaz
non inflat.nō est ambitiosa.nō
q̄rit q̄ sua sunt.nō irritat.nō co
gitat malū.nō gaudet sup iniq;
tate:ꝯgaudet aūt veritati. Oia
suffert.oia credit.oīa sperat.
oia sustinet.Charitas nunq; ex
cidet:sive ꝓphetie euacuabun
tur:sive lingue cessabūt:sive scie
tia destruet.Ex ꝑte eī cogno
scimꝰ:et ex parte ꝓphetamus.
Cū autē venerit qd̄ ꝑfectū est:
euacuabit qd̄ ex parte est. Cum
essem paruulꝰ loq̄bar vt puulꝰ
sapiebaz vt puulꝰ:cogitabā vt
puulꝰ. Qñ autē factꝰ sum vir:
euacuaui q̄ erāt puuli.Videmꝰ
nūc ꝑ speculū in enigmate:tūc
autē facie ad faciem. Nunc co
gnosco ex ꝑte:tunc aūt cogno
scā sicut ꝛ cognitꝰ sū. Nūc autē
manent fides spes ꝛ charitas:
tria hec.Maior aūt horum est ca
ritas. Grad. Tu es deus qui fac

mirabilia solus:notam fecisti in gen/
tibus virtutez tuam. ℣. Liberasti in
brachio tuo populum tuũ:filios isra/
hel ⁊ ioseph. Tract. Iubilate deo
oñis terra:seruite domino in leticia
℣. Intrate in ꝯspectu eius in exulta
tione. ℣. Scitote quõz dñs ipse est
us. ℣. Ipse fecit nos ⁊ non ipsi nos.
℣. Nos autem populus eius ⁊ oues
pascue eius. Scõm Lucaz. xviij.
In illo tempe:Assũpsit ihe
sus duodecim discipulos
suos secreto:et ait illꝭ. Ecce ascẽ
dimꝰ iherosolimam:⁊ cõsuma
buntur omnia que scripta sunt
per ꝓphetas de filio hominis.
Tradetur eñ gẽtibus ⁊ illude/
tur:⁊ flagellabit⁊ cõspuetur. Et
postq̃ flagellauerint: occident
eum. ⁊ die tertia resuget. Et ipi
nichil horũ intellexerunt. Erat
autem verbũ istud absconditũ
ab eis:⁊ nõ intelligebãt que di/
cebantur. Factum est autẽ cuz
approp̃inq̃ret ihericho: cecus
quidam sedebat secus viã mẽ/
dicans. Et cum audiret turbaz
ꝓtereuntez interrogabat quid
hoc eẽt. Dixerũt autẽ ei q̃ ibs
nazarenus transiret:et clama/
uit dicens. Ihesu fili dauid mi/
sere mei. Et qui ꝓibant increpa
bant eum vt taceret. Ipe vero
multo magis clamabat. Fili da
uid miserere mei. Ⓣstans autez
ihesus iussit eum adduci ad se.
Et cuz approp̃inq̃sset interro/
gauit illũ dicens. Quid tibi vis
faciam. At ille dixit. Domĩe: vt
videam lumen. Et dixit illi ihe/
sus. Respice;fides tua te saluuz
fecit. Et cõfestim vidit ⁊ seque/
batur eum magnificãs deũ. Et
oñis plebs vt vidit:dedit lau/
dem deo. Offer. Benedictus es
domine:doce me iustificatões tuas.
benedictus es domĩe doce me iusti/
ficationes tuas. in labijs meis ꝓnun
ciaui omnia iudicia oris tui. Secr.
Hec hostia quesumꝰ dñe emũ
det nostra delicta: ⁊ ad sacrifici
um celebrandum subditorũ tibi
corpa mentesq̃ sãctificet. ℣per
do. Cõmu. Manducauerunt ⁊ sa
turati sunt nimis:et desiderium eo/
rum attulit eis dominꝰ:nõ sunt frau
dati a desiderio suo. Complend.
Quesumꝰ oñipotẽs deus: vt
qui celestia alimenta ꝓcepimꝰ:
per hec contra omnia aduersa
muniamur. ℣per do. In capite
ieiunij bñdictio cineris sic fiat.
Oõnipotens sempiterne
deus:parce metuẽtibꝰ ꝓ/
piciare supplicantibꝰ:et mitte/
re digneris sanctũ angeluz tuũ
de celis: qui bene ✠ dicat san/
cti ✠ ficet cineres istos. vt sint
remediũ salubre oibus nomẽ
tuum hũiliter implorãtibꝰ:ac se
metipos ꝓ cõscientia delicto
rum suoꝝ accusantibꝰ: atq̃ an/
te cõspectũ diuine clemẽtie tue
facinora sua deplorantibꝰ: vel
serenissimã maiestatẽ tuaz sup/
pliciter obnixeq̃ flagitãtibus. ⁊
presta q̃ms ꝓ inuocatões tui sctis
simi nomis: vt quicũq̃ eos su/
per se aspserint; ꝓ redemptiõe
pctõꝝ suoꝝ corꝓis sanitatem ⁊
anime tutelam ꝓcipiant. ℣per.
dominũ nostrũ. Scõa oratio

Domie deus omps bene✠dicere et sācti✠ficare digneris hos cineres supplici/ter exoram⁹: vt quos ī tuo no/mine sancto atq; filij tui domi nostri ihu xpi bene✠dicimus. sint oibus fidelib⁹ purgatio fa cinorum atq; oim delictor̄ su/orum. Et petimus clementiā tu am: vt spm̄ sanctum tuū mitte/re dignerꝭ super omnes istos: quaten⁹ oés q eos sup se sper serint vl deportauerint/sint ar mis celestib⁹ defensi: t sint san ctificati in aia et ī corpe: t ne vl terius a malignis spiritib⁹ pol/luantur. sint liberi atq; defensi per virtutē eiusdez spūs sancti Per.

Tertia oratio.

Deus qui nō vis mortem sed penitentiā desideras peccator̄: fragilitatē conditōis hūane benign⁹ respice: et hos cineres quos p causa pferēde hūilitatis atq; pmerēde venie capitib⁹ nostris imponi decre uim⁹ bene✠dicere t sancti✠ficare pro tua pietate dignare. vt q nos cinerez esse: t ob pra/uitatis nostre merituz ī pulue/rem reuersuros cognoscimus peccator̄ oim veniam: t pmia penitētibus repromissa miseri corditer consequi mereamur. Per.

Quarta oratio.

Deus q hūilitate flecterꝭ: t satisfactōe placaris: aures tue pietatis inclina pcib⁹ nr̄is: t capitib⁹ seruor̄ tuor̄ hor̄ ci/ner̄ aspersiōe attactis effunde ppicius grāz tue bñdictōis. vt eos t spū ꝓpunctōis repleas: t que iuste postulauerint efficaci ter tribuas: et cōcessa perpetua stabilitate intactos manere de/cernas. Per xpm̄ dn̄m nostrū.

Hic incensent̄ et aqua bñdicta aspergant̄: quib⁹ finitis cho2⁹ incipiat Intr̄.

Exaudi nos dne qm̄ benigna est miserico2 dia tua Scom̄ multitudinē misera tionū tuarum Respice nos dne. ℣. Saluū me fac deus qm̄ intrauerunt aq̄ vsq; ad aiaz meā. Gloria pa. Exaudi nos. Kyrieleyson. Xpeleyson Kyriel. Oremus. Flectam⁹ ge nua. Leuate.

Oratio.

Concede nobis dne pre/sidia militie xpiane sāctis inchoare ieiunijs: vt cōtra spi/ritales negcias pugnaturi cōti/nētie muniamur auxilijs. Per.

Qua finita cantet hec añ. Imu temur habitu in cinere t cilicio: ieiu/nemus et ploremus añ dn̄m qr mul/tum misericors: ē dimittere peccata nr̄a de⁹ noster. Interim accedat cler⁹ t pplus ad sacerdotē: qui liniat capita eor̄ cum cinere di cens. Memēto o hō q puluis es t in cinerē reuerteris. Dns vobis. Orem⁹. Flect. ge. leua.

Omnipotēs sempi⁹ deus. terne de⁹ q ninuitis in ci nere et cilicio penitētib⁹ indul/gentie tue remedia p̄stitisti: cō/cede ppicius: vt sic eos imite/mur habitu: quaten⁹ venie cō/sequamur obtentu. Per dn̄m.

His pactis pcedente cruce fiat pcessio ī aliquā eccleā: cantā/do hanc añaz. Juxta vestibulum

et altare plorabant sacerdotes ⁊ leui te ministri dñi ⁊ dicent: parce domine populo tuo: et ne dissipes ora clamantiũ ad te dñe. Cum Rñsorio in ieiunio. Flecta. ge. Cũ autez approp̃querit eccl̃ie ad quaz fit pcessio: inchoet aũ. que congruit illi sancto in cui⁹ honore eccl̃esia est cõsecrata coraũ altari clerus ⁊ populus psternat se: ⁊ dicat cler⁹ Septẽ psalmos penitẽtiales. Domine ne in furore tuo argu. cũ reliquis. Deinde dicat sacerdos p̃ces cum oratione pro peccatis: ⁊ vnã orationem sãcti illi⁹ eccl̃esie. et sic cuz Letania reuertãtur ad matricẽ eccl̃esiã. Quib⁹ pactis incipiat Missam ad missaz. Intr̃. Omniũ dñe ⁊ nichil odisti eorum q̃ fecisti dissimulãs peccata hominũ propter penitentiã: ⁊ parcés illis: quia tu es dominus deus noster p̃s. Miserere mei de⁹ miserere mei: quoniã in te cõfidit aia mea. Gloria patri. Et sic agat per totaz q̃dragesimã quãdo de tpe agit: exceptis dñicis diebus. Kyrieł. feriale. Fleck. geñ. leua. Et dicat quotidie in missa de ieiunio: exceptis diebus dñicis ⁊ festiuis. Presta q̃sum⁹ dñe deus fidelibus tuis: vt ieiunioz venerãda solẽnia ⁊ cõgrua pietate suscipiãt: et secura deuotione p̃currant. p̃per do. Ab hac die vsq; ad dñicaz de passione post oratõem diei dicunt orationes. A cũctis nos q̃sum⁹ domine. Et oratio Omnipotés sẽpiterne deus: qui viuoz ⁊ dñaz simul et mortuoz. Exceptis diebus dñicis et festiuis. Lectio

Hec dicit Johelis pphe. ij dñs. Cõuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio fletu et ī plãctu: et scindite corda vestra ⁊ nõ vestimenta vr̃a Et cõuertimini ad dominũ deum vestrum: quia benignus et misericors est: patiens ⁊ multe miscõie: ⁊ prestabilis sup malicia. Quis scit si conuertat̃ ⁊ ignoscat de⁹: ⁊ relinq̃t post se benedictiõez: sacrificiũ ⁊ libamẽ domio deo nostro. Canite tuba in syon. sanctificate ieiuniũ. vocate cetuz. cõgregate populum. sãctificate eccl̃esiã. coadunate senes. ꝯgregate puulos ⁊ sugentes vbera. Egrediat̃ spõsus de cubili suo: ⁊ ipõsa de thalamo suo. Inter vestibulũ ⁊ altare plorabũt sacerdotes ministri dñi: ⁊ dicẽt. Parce dñe parce pplo tuo: ⁊ ne des hereditatẽ tuã in opprobriũ: vt dñent eis natões. Quare dicũt in populis: vbi est deus eoz: Zelat⁹ est domin⁹ terrã suaz: ⁊ pepercit populo suo. Et respõdit domin⁹ et dixit populo suo. Ecce ego mittam vobis frumentuz ⁊ vinũ ⁊ oleum: ⁊ replebimi in eis. Et non dabo vos vltra in opprobriũ in gẽtibus: dicit domin⁹ omnipotẽs. Grad. Miserere mei deus miserere mei: quoniam in te cõfidit anima mea. Misit de celo ⁊ liberauit me: dedit in opprobriũ conculcãtes me. Tractus. Domie non scõm peccata nostra fa-

cias nobis:neqz scōz iniquitates no/
stras retribuas nobis. ℣. Domie ne
memineris iniquitatū nostraruz an/
tiquarum:cito anticipent nos miseri
cordie tue:quia pauperes facti sum9
nimis. ℣. Adiuua nos deus saluta/
ris noster: et propter gloziam nomi/
nis tui domine libera nos:et propici
us esto peccatz nostris. Propter no/
mentuum. Iste tractus dicit per
totam quadzgesimaz secunda:
q̄rta:et sexta ferijs:exclusis die/
bus tractus speciales habenti/
bus. Scōm Matheum. vj. ca.
In illo tempoze:dixit ihūs
discipulis suis. Luz ieiuna
tis nolite fieri sic hypocrite tri
stes. Exterminant enim facies
suas vt appareāt hominibus ie/
iunātes. Amē dico vobis:quia
receperunt mercedē suaz. Tu
autez cum ieiunas, vnge caput
tuum:et faciem tuā laua:ne vi/
dearis hominib9 ieiunans:sed
patri tuo qui est in abscōso. Et
pr̄ tuus qui videt in absconso:
reddet tibi mercedem. Nolite
thesaurizare vobis thesauros i
terra:vbi erugo z tinea demo/
litur:z vbi fures effodiunt z fu
rantur. Thesaurizate autē vo/
bis thesauros in celo:vbi neqz
erugo neqz tinea demolitur:z
vbi fures nō effodiunt nec fu/
rantur. Ubi enim est thesaur9
tuus:ibi est z coz tuum. Offer.
Exaltabo te domine quoniaz susce/
pisti me:nec delectasti inimicos me/
os super me. domie clamaui ad te et
sanasti me. Secr. Hac nos que/
sumus domine his munerib9
offerendis cōuenienter aptari
quib9 ipsius venerabilis sacra
menti celebram9 exordiū:Per
dominū. Prefatio. Qui corpali
ieiunio. Que prefatio, dicat om
nibus diebus domicis et feria/
tis. Cōmu. Qui meditabitur in le
ge domini die ac nocte:dabit fructū
suuz in tempoze suo. Complend.
Percepta nobis domie prebe
ant sacramenta subsidiuz: vt ti
bi grata sint nr̄a ieiunia:et no/
bis proficiant ad medelā. Per
dn̄m. Nota q̄ post vltimū Per
dominū nostrū ihesum xp̄m fi
lium tuū. quotidie in feriali of/
ficio dicit. Oremus. Et dyaco
nus imponit Humiliate capi/
ta vr̄a deo. Deinde sacerdos
dicat oratōem super populum
vsqz in dominicaz palmarum.
Inclinātes se domie Oratio.
maiestati tue propici9 intende:
vt qui diuino munere sunt re/
fecti:celestibus semper nutriā/
tur auxilijs. Per dn̄m. Quo fi/
nito cōcluditur cum Benedica/
mus dño. Feria quīta Introit9.
Dam clamarez ad dominū ex/
audiuit vocem meam ab his
qui appropinquāt michi:et humilia/
uit eos qui est ante secula z manet in
eternum. iacta cogitatū tuum in do/
mino et ipse te enutriet. ps. Exaudi
deus oratiōem meam z ne despexe/
ris deprecatiōem meam:intende mi
chi et exaudi me. Gloria patri. Fle/
mus geñ. Oratio.
Deus qui culpa offenderis
penitentia placaris: pre/
ces populi tui supplicātis ppi/

cius respice: et flagella tue iracundie que p peccatis nostris meremur auerte. Per do. **Lectio ysaie pphete.** xxxviij. In diebus illis. Egrotauit ezechias vsq ad mortem: et introiuit ad eu ysaias filiꝰ amos propheta dicens ei. Hec dicit dominꝰ. Dispone domui tue quia morieris tu et non viues. Et cõuertit ezechias faciem suam ad parietez: et orauit ad dominũ et dixit. Obsecro te domine: memẽto qso quomodo ambulauerim coram te in veritate et corde perfecto: et quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et fleuit ezechias fletu magno. Et factum est verbuz domini ad ysaiam dicens. Uade et dic ezechie. Hec dicit dominus deus dauid patris tui. Audiui orationem tuam: et vidi lachrimas tuas. Ecce ego adiciam super dies tuos quindecim annos. Et de manu regis assyriorũ eruam te et ciuitatẽ istaz: et protegam eam. Ait dominꝰ omipotens. **Grad.** Iacta cogitatum tuum in domino et ipse te enutriet. ℣. Dum clamarez ad dominũ exaudiuit vocẽ meam ab his qui appropinquant michi. **Scõm Da-** In illo tempe: **theum.** viij. Cum introisset ihesus capharnaum: accessit ad eu centurio: rogans eũ et dicens. Domine: puer meꝰ iacet in domo paraliticus: et male torquetur. Et ait illi ihesus. Ego veniaz et curabo eum. Et respõdens centurio ait. Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantuz dic verbo et sanabitur puer meꝰ. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus: habẽs sub me milites. et dico huic vade et vadit. et alio veni et venit. et seruo meo: fac hoc et facit. Audiens autez ihesus miratus est: et sequẽtibꝰ se dixit. Amen dico vobis nõ inueni tantã fidem in israhel. Dico autez vobis q multi ab oriente et occidente venient: et recumbent cum abrahaz ysaac et iacob in regno celorum. Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. ibi erit fletus et stridor dentiuz. Et dixit ihesus centurioni. Uade: et sicut credidisti: fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora. **Offert.** Ad te domine leuaui animaz meam: deus meus in te confido non erubescã. neqz irrideant me inimici mei: eteni vniuersi qui te expectant non cõfundentur. **Secre.** Sacrificijs presentibus domine quesumꝰ intende placatus: vt et deuotioni nre proficiant et saluti. Per dominũ nrm ihm xpm. **Cõm.** Acceptabis sacrificium iusticie oblationes et holocausta sup altare tuum domine. **Compleñ.** Celestis doni benedictõe percepta supplices te deus omipotens deprecamur. vt hoc idem nobis et sacramenti causa sit et salutis Per do. **Super populũ oro.** Parce domine parce populo tuo: vt dignis flagellationibus

castigatus:in tua miseratiõe re spiret. ℘er dñm nostrũ. Feria

ADiuit do ℣ sexta Introit⁹ min⁹ et miserc̃ est michi:dñs factus est a diutor meus. ℘s. Exalta bo te dñe quoniaz suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.

FAchoata ieiunia Oratio. Equesum⁹ domie benigno fauore ꝓsequere. vt obseruantiam quaz corporaliter exhibemꝰ:mentib⁹ etiã sinceris exercere valeamus. ℘er dominũ.

Lectio ysaie prophete. lviij.c.

HEc dicit dominus deus. Clama:ne cesses.quasi tuba exalta vocem tuaz.Et annũcia populo meo scelera eoruz: et domui iacob peccata eoruz. Ode etenim de die in diez querunt:et scire vias meas volũt. Quasi gens que iusticiaz fecerit:et que iudicium dei sui non dereliquerit. Rogant me iudicia iusticie:et appropinquare deo volunt.Quare ieiunauimus ⁊ non aspexisti:humiliauimus animas nostras et nescisti:Ecce in die ieiunij vestri inuenieꝫ voluntas vestra:⁊ omnes debitores vestros repetitis.Ecce ad lites et contentões ieiunatis:et percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsq; ad hanc diez:vt audiatur in excelso clamor vester. Nũquid tale est ieiuniũ quod elegi per diem:affligere hoiem animaz suaz:Nũquid cõtorquere quasi circulum caput suum:et saccum et cinerez sternere:Nunquid istud vocauit ieiuniuz ⁊ diem acceptabilez domino:Nõne hoc est magis ieiuniũ quod elegi:Dissolue colligatões impietatis.solue fasciculos deprimentes.Dimitte eos qui confracti sunt liberos:et oñe onꝰ dirumpe. Frange esurienti panem tuũ:⁊ egenos vagosq; induc in domũ tuam.Cum videris nudum operi eum:⁊ carnẽ tuaz ne despexeris.Tunc erũpet quasi mane lumen tuũ:⁊ sanitas tua citius orieꝫ.Et anteibit faciẽ tuam iusticia tua:⁊ gloria domini colliget te.Tũc inuocabis:et dominus exaudiet. Clamabis et dicet:ecce assum. Quia misericors suz:dominꝰ deus tuus. Grad. Unam petij a domino hanc requiram:vt inhabitem in domo domini. ℣. Ut videã voluntatẽ domini:⁊ protegar a templo sancto suo. Tractꝰ. Domie nõ scõm peccata ⁊c̃. Scõm Math.v

IN illo tempe:dixit ihus discipulis suis. Audistis quia dictum est.diliges proximũ tuum:et odio habebis inimicum tuum.Ego autem dico vobis. Diligite inimicos vestros.benefacite his qui oderunt vos. et orate pro persequẽtib⁹ ⁊ calumniantibus vos. vt sitis filij patris vestri qui in celis est.qui solem suum oriri facit super bonos et malos:et pluit super iustos ⁊ iniustos. Si eniz diligitz eos qui vos diligunt:quã mercedem habebitis:Nõne et publicani hoc faciunt:Et si saluta

ueritis fratres vestros tantuz: quid amplius facitis? Nonne ⁊ ethnici hoc faciũt? Estote ergo ⁊ vos perfecti: sicut ⁊ pater vester celestis perfectus est. Attendite ne iusticiam vestraz faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrũ qui in celis est. Cũ ergo facis elemosynaz noli tuba canere añ te: sicut hypocrite faciũt in synagogis et in vicis: vt honorificẽtur ab hoĩb⁹ Amen dico vobis. receperunt mercedem suam. Te autez faciente elemosynã: nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. vt sit elemosyna tua in absconso. Et pater tuus qui videt i abso: reddet tibi. **Offerto.** Domine viuifica me scõm eloquiuz tuum: vt sciam testimonia tua. **Secreta.** Sacrificium domie obseruantie paschalis offerimus: presta quesum⁹: vt tibi et mentes nostras reddat acceptas: ⁊ cõtinẽtie ꝓmptioris nobis tribuat facultatẽ. ℣er dñm **Cõmu.** Seruite domiõ in timore ⁊ exultate ei cũ tremore: appĥendite disciplinam ne pereatis de via iusta. **Cõplẽ.** Spiritum nobis domine tue charitatis infunde: vt quos vno pane celesti satiasti: tua facias pietate concordes. ℣er dominũ. Tuere **Super populũ oratio** domie populum tuũ: et ab omnibus peccatis cleméter emunda. quia nulla ei nocebit aduersitas: si nulla ei dominetur iniquitas. ℣er do. **Sabbato In** Esto michi in deum **troit⁹.** protectorẽ et in locum refugij vt saluũ me facias: quoniã firmamẽtum meum ⁊ refugium meum es tu: ⁊ ꝓpter nomen tuuz dux michi eris et enutries me. **ps.** In te domie speraui non cõfundar in eternum: in iusticia tua libera me. **Oratio.** Preces nostras quesum⁹ domine clementer exaudi: atq; a peccatorũ vinculis absolutos: ab oñi nos aduersitate custodi. ℣er dominũ nr̃m. **Lectio ysaie prophete.** lviij.c. Hec dicit domin⁹. Si abstuleris de medio tui cathenam: et desieris digitum tum extẽdere et loqui quod nõ ꝓdest. Cum effuderis esurienti animã tuam: ⁊ animã afflictã repleueris: tũc orietur in tenebris lux tua. et tenebre tue erũt sicut meridies. Et requiem dabit tibi domin⁹ deus tuus semper: ⁊ implebit splendoribus⁹ animam tuaz: et ossa tua liberabit. Et eris quasi ortus irriguus: et sicut fons aquarũ cuius nõ deficiẽt aque. Et edificabũtur in te deserta seculorũ. Fundamẽta generatiõis et generationis suscitabis: ⁊ vocaberis edificator sepium: auertens semitas inquietẽ. Si auertis a sabbato pedem tuum facere voluntatẽ tuam in die sancto meo. et vocaueris sabbatum deliciaz et sanctuz domini gloriosum. Et glorificaueris eum dum nõ facis vias tuas: ⁊ nõ inueniet vo

luntas tua: vt loquaris sermonem: tunc delectaberis sup dominо: et sustollā te super altitudinem terre: et cibabo te hereditate iacob patris tui. Os enī domini locutuz est. Grad. Tu es deus qui facis mirabilia solꝰ. notam fecisti in gentibus virtutem tuam. ℣. Liberasti in brachio tuo populum tuū: filios israhel et ioseph.

In Scōm Marcum. vj. capī. In illo tempore. Cum sero esset factum: erat nauis in medio maris ⁊ ihesus solus in terra. ⁊ vidit discipulos suos laborantes in remigando. Erat enī ventꝰ ꝓtrariꝰ eis. Et circa q̄rtā vigiliā noctis venit ad eos ambulans super mare: et volebat preterire eos At illi vt viderūt eum ambulantem supra mare: putauerunt fantasma esse: ⁊ exclamauerunt. Omnes enim eū viderunt: et turbati sunt. Et statim locutus est cum eis: ⁊ dixit illis. Confidite: ego sum. nolite timere. Et ascēdit ad illos in nauim: et cessauit ventus. Et plꝰ magis intra se stupebant. Non enim intellexerunt de panibus. erat enim cor illlorum obcecatum. Et cū transfretassent peruenerunt in terrā genazareth: et applicuerunt. Cumq; egressi essent de naui cōtinuo cognouerūt eum. Et percurrētes vniuersam regionem illam: ceperunt in grabatis eos qui se male habebāt circumferre: vbi audiebant eum esse. Et quocūq; introibat: in vicos vel in villas aut ciuitates. In plateis ponebant infirmos: et deprecabantur eum: vt vel fimbriam vestimenti eius tangerēt. Et quotquot tangebant eum: salui fiebant. Offertoriū. Benedictꝰ es domine: doce me iustificatōes tuas. benedictus es domie: doce me iustificationes tuas. in labijs meis ꝓnūciaui oīa iudicia oris tui. Secre. Hec hostia q̄sumꝰ dñe emundet nostra delicta: et sacrificiuz celebrandū subditorum tibi corpora mēteſq; sanctificet. Per dñm. Cōmu. Manducauerunt ⁊ saturati sunt nimis: et desideriuz eorum attulit eis dominꝰ. nō sunt fraudati a desiderio suo. Cōplē. Que sumus oīpotēs deus: vt qui celestia aliměta percepimus: p hec contra omnia aduersa muniamur. Per dñm nostrum.

Adesto Sup populū oratio. q̄sumꝰ domine supplicatōibus nr̄is: et in tua misericordia cōfidentes: ab omni nos aduersitate custodi. Per dñm nostrū.

Dñica ꝑma in q̄dragesima Introitus. Invocauit me ⁊ ego exaudiam eū: eripiā euz ⁊ glorificabo eum. longitudine dierū adimplebo eum. ℣. Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi cōmorabitur. Oratio.

Deus qui ecclesiā tuaz annua q̄dragesimali observatione purificas. ꝑsta familie tue: vt qđ a te obtinere abstinēdo nititur: hoc bonis operibꝰ exequatur. Per dñm. Que sola dicat. Ad Corinth. ij. vj. capī.

Fratres: Hortamur vos ne in vacuũ gratiã dei recipiatis. Ait enĩz. Tempore accepto exaudiui te: et in die salutis adiuui te. Ecce nũc tempus acceptabile: ecce nũc dies salutis. Nemini dantes vllã offensionem: vt non vituperet̃ ministeriũ nostrum. Sed in omnibus exhibeam⁹ nosmetipos sicut dei mistros. In multa patientia. in tribulationib⁹. in necessitatibus. in angustijs. in plagis. in carceribus. in seditionibus. in laboribus. in vigilijs. in ieiunijs. in castitate. in scientia. in longanimitate. in suauitate. in spiritu sãcto. in charitate nõ ficta. in v̄bo veritatis. In virtute dei per arma iusticie a dextris et a sinistris. per gloriaz t ignobilitatem. per infamiaz et bonam famam: vt seductores t veraces. sicut qui ignoti t cogniti. Quasi morientes et ecce viuimus. vt castigati t nõ mortificati. Quasi tristes: semp autem gaudẽtes. Sicut egentes: multos aũt locupletãtes. Tanq̃z nichil habentes: t oñia possidẽtes. ℟. Angelis suis deus mandauit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. In manib⁹ portabũt te ne vnq̃z offendas ad lapidem pedem tuuz. Tract⁹. Qui habitat in adiutorio altissimi in protectione dei celi cõmorabitur. ℣. Dicet domino susceptor meus es tu: et refugiũ meum: deus me⁹ sperabo in eum. ℣. Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantiũ: et a verbo aspero. ℣. Scapulis suis obumbrabit tibi: t sub pẽnis ei⁹ sperabis. ℣. Scuto circumdabit te veritas eius: nõ timebis a timore nocturno. ℣. A sagitta volante per diem: a negocio pambulante in tenebris: a ruina et demonio meridiano. ℣. Cadent a latere tuo mille t decem milia a dextris tuis: tibi aut̃ non appropinquabit. ℣. Quoniam angelis suis mãdauit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. In manibus portabũt te ne vnq̃z offendas: ad lapidem pedem tuum. ℣. Super aspidez t basiliscũ ambulabis: et conculcabis leonem t draconem. ℣. Quoniaz in me speravit liberabo eum: ꝓtegam eum quoniã cognouit nomẽ meũ. ℣. Inuocabit me t ego exaudiam euz: cum ipo sum i tribulatõe. ℣. Eripiã eũ t glorificabo euz. longitudine dierum replebo eũ: t ostendã illi salutare meũ.

Scõm Matheum. iiij. capit.

In illo tpe. Duct⁹ est ihus in desertũ a spũ vt tẽptaretur a diabolo. Et cũ ieiunasset q̃draginta dieb⁹ t q̃draginta noctib⁹: postea esurijt. Et accedẽs tẽptator dixit ei. Si fili⁹ dei es: dic vt lapides isti panes fiant. Qui rñdens dixit. Scriptũ est Nõ in solo pane viuit hõ: sed i oi verbo q̃ ꝓcedit de ore dei. Tũc assũpsit eũ diabol⁹ i sctãz ciuitatẽ: t statuit eũ supra pinaculũ tẽpli: et dixit ei. Si fili⁹ dei es: mitte te deorsũ. Scriptuz ẽ enĩ: qz angelis suis mãdauit de te: t i manib⁹ tollẽt te: ne forte offendas ad lapidẽ pedez tuũ. Ait illi ihs rursũ. Scriptũ ẽ. nõ

temptabis dominū deum tuū. Iterum assumpsit eum diabol⁹ in montē excelsuz valde: ⁊ ostē dit ei oia regna mūdi et gloziā eoz: et dixit illi. Hec oīa tibi dabo: si cadēs adorazueris me. Tunc dixit ei ihesus. Vade sathana: scriptuz est enim. Dñm deum tuum adorabis: ⁊ illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabol⁹: et ecce angeli accesserūt et ministrabāt ei. **Offert.** Scapulis suis obūbrabit tibi domin⁹: et sub pennis eius sperabis. scuto circūdabit te veritas eius. **Secre.** Sacrificium quadragesimalis initij solenniter imolamus te domine deprecātes. vt cum epularum restrictione carnaliuz: a noxijs quoqz voluptatib⁹ temperemur. Per dominū. **Cōm.** Scapulis suis obūbrabit tibi: ⁊ sub pennis eius sperabis. scuto circūdabit te veritas eius. **Cōplēd.** Tui nos domine sacramēti libatio sctā restauret: ⁊ a vetustate purgatos in mysterij salutaris faciat transire consortiū. Per dominū. **Feria secūda Introit⁹.**

Sicut oculi seruorum in manibus dominoz suoruz: ita oculi nostri ad dominū deuz nostrū donec misereat nostri. miserere nrī domine miserere nobis. **ps.** Ad te leaui oculos meos: qui habitas in celis. Gloria patri. **Oratio.**

Conuerte nos deus salutaris noster: ⁊ vt nobis ieiunium quadragesimale proficiat: mentes nostras celestibus instrue disciplinis. Per dñm.

Lectio Ezechielis ppĥe. xxxiiij

Hec dicit dominus. Ecce ego ipe requirā oues meas. Et visitabo eas sicut visitat pastor gregē suum: in die quādo fuerit in medio ouium suarum dissipatarum. Sic visitabo oues meas Et liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersē fuerant in die nubis⁊ caliginis. Et educam eas de populis: et cōgregabo eas de terris. Et inducaz eas in terrā suam: ⁊ pascam eas in montibus israhel. in riuis et in cunctis sedibus terre. In pascuis vberrimis pascam eas: et in montib⁹ excelsis israhel erunt pascue earum. Ibi requiescēt in herbis virentib⁹: ⁊ in pascuis pinguibus pascentē super mōtes israhel. Ego pascam oues meas: ⁊ ego eas accubare faciam: dicit domin⁹ deus. Quod perierat requiraz: et quod abiectū erat reducam. Et quod cōfractum fuerat alligabo: et qđ infirmuz fuerat cōsolidabo: ⁊ quod pinguē ⁊ forte custodiaz. Et pascā illas ī iudicio ⁊ iustitia: dicit domin⁹ oīnipotens. **Grad.** Protector noster aspice de⁹: et respice super seruos tuos. **℣.** Domie de⁹ virtutum exaudi pces seruorum tuorū. **Tractus.** Domie nō scōm pec. ⁊c. vt s. feria quarta cinez. Scdz

In illo tem **Matheuz.** xxv. Dixit ihesus discipulis suis. Cum venerit filius hominis in maiestate sua ⁊ oīes angeli eius cum eo: tunc sede/

bit ſuper ſedem maieſtatis ſue: et cõgregabũtur ante eum om nes gentes. ⁊ ſepabit eos abin uicẽ ſicut paſtor ſegregat oues ab hedis. Et ſtatuet oues qdez a dextris eius: hedos autez a ſi/ niſtris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt. Venite be nedicti pris mei: poſſidete pa/ ratum vobis regnum a conſti/ tutione mundi. Eſurivi enim et dediſtis michi manducare. Si tiui ⁊ dediſtis michi bibere. Ho ſpes eram et collegiſtis me. Nu/ dus: ⁊ opuiſtis me. Infirmus: ⁊ viſitaſtis me. In carcere erã: et veniſtis ad me. Tunc reſpõ debunt ei iuſti dicentes. Dñe: quãdo te vidimus eſurienttez: et pauimus te. Sitientem: ⁊ de dimus tibi potum. Quãdo au/ tem vidimus te hoſpitez: ⁊ col legimus te. aut nudũ et coope ruimus te. Aut quãdo vidim⁹ te infirmum aut in carcere: ⁊ ve nimus ad te Et reſpondẽs rex dicet illis. Amẽ dico vobis: q̃ diu feciſtis vni de his frib⁹ me/ is minimis: michi feciſtis. Tũc dicet ⁊ de his qui a ſiniſtris ei⁹ erunt. Diſcedite a me maledi/ cti in ignem eternum: qui para/ tus eſt diabolo et angelis eius. Eſurivi enim: ⁊ non dediſtis mi chi manducare. Sitivi: ⁊ nõ de diſtis michi potũ. Hoſpes erã ⁊ non collegiſtis me. Nudus: ⁊ non operuiſtis me. Infirmus et in carcere: ⁊ nõ viſitaſtis me Tunc reſpondebũt ei ⁊ ipſi di centes. Domine: quãdo te vidi mus eſurientez: aut ſitientem: aut hoſpitem: aut nudum: aut infirmũ: vel in carcere: et non miniſtrauim⁹ tibi. Tunc reſpõ debit illis dicẽs. Amẽ dico vo/ bis: q̃diu nõ feciſtis vni de mi noribus his: nec michi feciſtis. Et ibunt hij in ſupplicium eter/ num: iuſti autem in vitam eter nam. **Offer.** Reuela oculos me/ os et conſiderabo mirabilia tua do/ mine vt doceas me iuſticiam tuam. da michi intellectuz vt diſcam man data tua. **Secreta.** Munera do mine oblata ſanctifica: noſq; a peccatorum noſtrorum maculis emũda. Per dñm. **Cõmu.** Vo ce mea ad dominum clamaui et exau diuit me de monte ſancto ſuo: non ti mebo milia populi circũdantis me. **Poſtcõplendõ.** Salutaris tui dñe munere ſatiati ſupplices exora mus. vt cui⁹ letamur guſtu: re/ nouemur effectu. Per ð. **Su Abſolue per populus oratio.** queſum⁹ domine noſtrorum vin cula peccatorum: et quicquid p eis meremur propiciat⁹ auer/ te. Per dominũ noſtm ihesum xpm. **Feria tertia Introitus.** Domine refugiũ factus es no bis a generatione et progenie a ſeculo et in ſeculum tu es. **ps.** Pri/ uſq; montes fierent aut formaretur terra et orbis: a ſeculo et vſq; in ſecu lum tu es deus. **Oratio.** Reſpice domie familiã tu/ am ⁊ pſta: vt apud te mẽs noſtra tuo deſiderio fulgeat: q̃ ſe carnis maceratione caſtigat. Per dominũ noſtm ihm xpm.

Lectio ysaie pphete. lv.c.
In diebus illis. Locut⁹ est ysaias prophęta dicens. Quęrite dominū dum inueniri potest. Jnuocate euz dum prope est. Derelinquat impius viam suam: et vir iniquus cogitationes suas. Et reuertatur ad dominū: et miserebitur eius: z ad deum nostrum: quoniam multus est ad ignoscendū. Nō eniz cogitatōnes mee cogitatōnes vestre: neqz vie mee vie vestre dicit dominus. Quia sicut exaltant celi a terra: sic exaltate sūt vie mee a vijs vestris: et cogitationes mee a cogitatōnibus vestris. Et quomodo descendit ymber et nix de celo: z illuc vltra nō reuertitur: sed inebriat terraz: z infundit eam. z germinare eaz facit. Et dat semen serenti: z panez comedenti. sic erit verbum meuz quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum: sed faciet quecūqz volui. Et prosperabitur in hijs ad q̄ misi illud: ait dominus oñipotens. Grad. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuum mearum sacrificiuz vespertinum. Scōm Matheum. xxj.
In illo tempe. Cum intrasset ihesus ihĕrosolimaz cō mota est vniuersa ciuitas dicēs Quis est hic: Populi autez dicebant. Hic est ihesus prophęta a nazareth galilee. Et intrauit ihesus in templū dei: z eijciebat omnes vendētes et emētes in templo. z mensas nūmulariorum: et cathedras vendētium columbas euertit. Et dicit eis. Scriptum est. Domus mea domus orationis vocabitur. vos autem fecistis illā spelunca latronū. Et accesserūt ad eum ceci z claudi in templo et sanauit eos. Videntes autez principes sacerdotum z scribe mirabilia q̄ fecit: et pueros clamantes in templo et dicentes. Osanna filio dauid: indignati sunt z dixerunt ei. Audis quid isti dicunt: Jhesus autem dixit eis. Vtiqz nunqz legistz: quia ex ore infantium et lactentiū perfecisti laudē. Et relictis illis abiit foras extra ciuitatez in bethaniam: ibiqz docebat eos de regno dei. Offerto. In te speraui domine dixi tu es deus meus: in manibus tuis tempora mea. Secret. Oblatis q̄s dñe placare muneribus et a cunctis nos defende periculis. Per dñm. Cōm. Cum inuocarez te exaudisti me deus iusticie mee: in tribulatōe dilatasti me. miserere michi domine z exaudi oratōem meam. Complend. Quesumus domine omnipotens deus: vt illius salutaris capiamus effectum: cui⁹ per hec mysteria pignus accepimus. Per dñm nr̄m. Super populum oratio. Ascendant ad te domine preces nostre: et ab ecclesia tua cunctaz repelle nequiciam. Per dominū nostrū ihesum xp̄m filiū tuū z̄c. Feria quarta q̄tuor tēporz Introit⁹.

REminiscere miserationum tuarum domine: & miserationes tue que a seculo sunt: ne vnq3 dominent nobis inimici nostri: libera nos deus israhel ex omnibus angustijs nostris. ℘s. Ad te domie leuaui animam meam: deus meus in te confido nō erubescam. Dicat̄ absq3 salutatione. Oremus. Flectam⁹ genua. Leuate. Oratio

PRæces nostras quesum⁹ dñe clementer exaudi: et cōtra cūcta nobis aduersantia dexteram tue maiestatis extende. Per domnū no. Lectio libri Exodi. xxiiij.

IN diebus illis: Dixit dominꝰ ad moysen. Ascende ad me in montem et esto ibi. Daboq3 tibi duas tabulas lapideas: et legez ac mādata que scripsi: vt doceas filios israhel. Surrexerunt autem moyses & iosue minister eiꝰ. Ascendensq3 moyses in montez dei: senioribꝰ ait. Expectate hic donec reuertamur ad vos. habetis aaron et hur vobiscū: si quid natum fuerit questiōis: referetis ad eos. Cūq3 ascēdisset moyses operuit nubes mōtem: & habitauit gloria domini super synai: tegens illum nube sex diebus. Septimo autē die vocauit eum dominus de medio caliginis. Erat autem species glorie domi quasi ignis ardens super verticez montis in conspectu filioruz israhel. Ingressusq3 moyses medium nebule ascendit in montem. Et fuit ibi q̄draginta diebus & quadraginta noctibus. Grad. Tribulationes cordis mei dilatate sunt: de necessitatibus meis eripe me domine. ℣. Vide humilitatem meaz & laborem meum: & dimitte omnia peccata mea. Hic dicitur. Dominꝰ vobiscum. sine Flectam⁹ genū.

DEuotionem po Oratio. puli tui quesumus domine benignus intende: vt qui p abstinentiam macerātur in corpore: per fructum boni operis reficiantur in mente. Per do Lectio libri Regum. iij. li. xix. ca.

IN diebus illis: Venit helyas ī bersabee iuda: et dimisit ibi puerum suuz: et pexit in desertū viam vnius diei. Cūq3 venisset & sederet subter vnaz iuniperum: & petiuit anime sue vt moreret: et ait. Sufficit michi domine: tolle queso animā meam. neq3 enim melior sum q3 patres mei. Projecitq3 se et obdormiuit in vmbra iuniperi Et ecce angelus domini tetigit eum: dixitq3 illi. Surge comede. Respexit: & ecce ad caput suum subcinericius panis et vas aque. Comedit ergo & bibit: et rursum obdormiuit. Reuersusq3 ē angelꝰ domini secundo: & tetigit eum: dixitq3 illi. Surge & comede. grādis eniz restat tibi via. Qui cum surrexisset comedit et bibit: et ambulauit in fortitudine cibi illiꝰ quadraginta diebus et quadraginta noctibus vsq3 ad montem dei oreb.

De necessitatibꝰ meis eri Tractꝰ pe me dñe vide hūilitatē meā & labo

rem meum: ⁊ dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te domie leuaui animaz meã: deus meus in te cõfido nõ erubescã: neqz irrideant me inimici mei ℣. Etenim vniuersi qui te expectãt non cõfundent. ꝓfundãtur omnes facientes vana. Scõm Math. xij.

In illo tempe. Accesserunt ad ihm scribe ⁊ phariseí dicentes. Magister: volum⁹ a te signũ videre. Qui respondẽs ait illis. Generatio mala ⁊ adultera. signũ querit ⁊ signum nõ dabit ei: nisi signũ ione ꝓphete. Sicut eñ ionas fuit in ventre ceti tribus diebus ⁊ trib⁹ noctib⁹: sic erit filí⁹ hoís in corde terre tribus dieb⁹ ⁊ trib⁹ noctib⁹. Viri niniuite surgẽt in iudicio cum generatõe ista. Et cõdẽnabũt eam: quia penitentiaz egerũt in ꝑdicatõe ione. Et ecce plusqꝫ ionas hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista: ⁊ cõdemnabit eaz. quia venit a finibus terre audire sapientiaz salomõis. Et ecce plusqꝫ salomon hic. Cum autẽ imũdus spiritus exierit ab homine: ãbulat ꝑ loca arida querens requiẽ ⁊ nõ inuenit. Tũc dicit: reuertar in domũ meam vnde exiui: et veniens inuenit eam vacantẽ scopis mundatã ⁊ ornataz. tunc vadit ⁊ assumit secum septez alios spiritus nequiores se. Et intrãtes habitãt ibi: ⁊ fiunt nouissima hominis illius peiora priorib⁹. Sic erit ⁊ generatiõi huic pessime. Adhuc eo loquẽte ad turbas: ecce mater eius ⁊ fratres stabant foris querẽtes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua et fratres tui foris stant querẽtes te. At ipe respondens dicẽti sibi: ait. Que est mater mea: Et q sunt fratres mei: Et extẽdens manũ in discipulos suos dixit. Ecce mater mea ⁊ fratres mei. Quicũqꝫ enim fecerit ꝙ voluntatem patris mei qui in celis est: ipse meus frater: soror ⁊ mater est. Offertori. Meditabar in mãdatis tuis que dilexi ualde. ⁊ leuabo manus meas ad mãdata tua que dilexi. Secr. Hostias tibi domine placationis offerimus: vt et delicta nostra miserat⁹ absoluas: et nutãtia corda tu dirigas. ꝑ dñz. Cõm. Intellige clamorez meum: intende voci oratõis mee: rex meus ⁊ deus meus: quoniam ad te orabo domine.

Cõplendõ. Tui domine perceptiõe sacramẽti ⁊ a nostris mũdemur occultis: et ab hostium liberemur insidijs. ꝑ dñm. nr̃m. Super populũ Oratio.

Mentes nostras quesumus domine lumen tue claritatis illustra: vt videre possimus que agenda sunt: et que recta sunt agere valeamus. ꝑ do. Fe

Confessio ria quita Intro. et pulchritudo in cõspectu ei⁹ sanctitas ⁊ magnificẽtia in sanctificatione eius. ps. Cantate domio canticum nouum: cantate domio omnis terra.

Oratio.

Deuotionẽ populi tui qsu m⁹ dñe benign⁹ itẽde: vt

qui per abstinentiam macerantur in corpe:per fructum boni operis reficiant in mēte. Per.

Lectio Ezechielis ppħ. xviij.

In dieb⁹ illis: Fact⁹ est sermo domini ad me dicens Quid est q̄ inter vos parabolam vertitis in ꝓuerbiuz istud in terra israhel dicētes. Patres nostri comederūt vuā acerbā: ⁊ dētes filioꝝ obstupescūt. Viuo ego dicit domin⁹ deus. Si erit vobis vltra parabola hec i ꝓuerbiū in israhel. Ecce oīes aīe mee sunt vt aīa patris:ita ⁊ anima filij mea est. Anima que peccauerit ipa morieť. Et vir si fuerit iustus:⁊ fecerit iudiciū ⁊ iusticiā:in montib⁹ nō comederit:et oculos suos nō leuauerit ad ydola domus israhel.⁊ vxorem ꝓximi sui non violauerit: Et ad mulierē mēstruatā nō accesserit:⁊ hominē non cōtristauerit. pignus debitori reddiderit. per vim nichil rapuerit. panē suū esurienti dederit. et nudum operuerit vestimēto. Ad vsuram nō cōmodauerit:⁊ amplius non acceperit. ab iniquitate auerterit. manū suam ⁊ iudiciū vez fecerit inter viruz et viruz. ⁊ in p̄ceptis meis ambulauerit. et iudicia mea custodierit: vt faciat veritatē: hic iustus est. vita viuet et nō morieť: ait domin⁹ oīnipotēs. **Grad.** Custodi me domine vt pupillam oculi: sub vmbra alarū tuarum ꝓtege me. ℣. De vultu tuo iudicium meū p͛o deat: oculi tui videant equitatem.

Sc̄m Johannem. viij.

In illo tēpoze: Dicebat ihe sus ad eos qui crediderūt ei iudeos. Si vos mānseritis in sermone meo: vere discipuli mei eritis. ⁊ cognoscetis veritatez: ⁊ veritas liberabit uos. Respōderūt ei. Semen abzahe sum⁹ ⁊ nemini seruiuim⁹ vnq̄z: quo modo tu dicis liberi eritis? Respondit eis ihesus. Amen amē dico vobis: quia omnis qui facit peccatum: seruus est peccati. Seruus autē non manet in domo in eternū: filius autē manet in eternū. Si ergo vos filius liberauerit: vere liberi eritz. Scio quia filij abzahe estis: sed queritis me interficere: qa sermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud patrez loquoz et vos que vidistis apud patrem vestrū facitis. Respondерunt ⁊ dixerunt ei. Pater noster abzaham est. Dicit eis ihesus. Si filij abzahe estis: opera abzahe facite. Nūc autem queritis me interficere: hoiem qui veritatē locutus sū vobis: quā audiui a deo: hoc abzaham nō fecit. Vos facite opera patris vestri. Dixerūt itaq̄ ei. Nos ex fornicatōe nō sumus nati. vnū patrem habemus deum. Dixit ergo eis ihesus. Si deus pater vester eēt: diligeretis vtiq̄ me Ego eniz ex deo processi ⁊ veni. Neq̄ eī a meipso veni; sed ille me misit. Quare loquelam meaz nō cognoscitis: qz nō potestis audire sermonem meuz.

vos ex pře dyabolo estis: ⁊ de/sideria patris vestri vultis face re. Ille homicida erat ab initio ⁊ in veritate nō stetit: quia veri tas nō est in eo. Cū loquit̄ men daciū ex ppr̄is loquit̄: quia mē dax est ⁊ pater eius. Ego autez si veritatē dico: nō credetis mi chi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatez dico quare vos non credit̄s michi? Qui ex deo est: v̄ba dei audit. Immittit angelus dñi in circuitu timentiū eum: et eripiet eos gustate ⁊ videte quoniaz suauis est domin⁹. **Secre.** Sacrificia que/sum⁹ dñe ppiti⁹ nos ista saluēt que medicinalib⁹ sunt instituta ieiunijs. Per. **Cōm.** Panis qué ego dedero caro mea est p̄ seculi vi/ta. **Cōplē.** Tuor̄ nos dñe largi tate donor̄ ⁊ tempalibus attol le p̄sidijs et renoua sēpiternis. Per dñm. **Sup ppl'm oratio.** Da q̄sum⁹ domie populis xp̄ianis ⁊ q̄ p̄fitent̄ agno/scere: et celeste munus diligere qō frequētant. Per do. **Feria** De necessita **sexta Introit⁹** tibus meis eripe me dñe: vi/de humilitatē meā ⁊ laborē meum: ⁊ dimitte omnia peccata mea. **ps.** Ad te domie leuaui animā meaz: de⁹ me us in te cōfido non erubescā. **Ofo** Ad to domie ppicius ple/bi tue: ⁊ quaz tibi facis es/se deuotā: benigno refoue mi/seratus auxilio. Per ō. **Lectio** Hec dicit ezech. ppha xviij dñs de⁹. Anima que pec cauerit: ipsa morietr. Filius non portabit iniquitatē patris: ⁊ pa ter non portabit iniquitatē filij Justicia iusti super eū erit: ⁊ im pietas impij erit super euz. Si aūt impi⁹ egerit penitentiā ab omnib⁹ peccatis suis que ope ratus est. et custodierit oīa p̄ce/pta mea: ⁊ fecerit iudiciū ⁊ iusti ciam: vita vivet ⁊ non morietr. omniū iniquitatū eius q̄s ope/ratus est nō recordabor. In iu/stitia sua quam operatus est vi uet. Nunquid volūtatis mee é mors impij: dicit domin⁹ de/us. ⁊ non vt cōuertat̄ a vijs su/is ⁊ viuat. Si autē auerterit se iust⁹ a iustitia sua: et fecerit ini/quitatē: scōm oñes abomīati/ones quas opari solet impius nūquid viuet: oēs iustitie ei⁹ q̄s fecerat nō recordabunt̄ in p̄uaricatōe qua p̄uaricat⁹ est. ⁊ in pctō suo qō peccauit in ip̄is morietr. Et dixistis. Nō é eq̄ via domi. Audite ergo dom⁹ isra/hel. Nūquid via mea nō est eq̄ ⁊ nō magis vie v̄re prave sūt? Cū em̄ auerterit se iust⁹ a iusti/cia sua ⁊ fecerit iniqtatē morietr in eis in iniustitia quā operat⁹ é morietr. Et cū auerterit se im pi⁹ ab impietate sua quā opera t⁹ est ⁊ fecerit iudiciū ⁊ iustitiā: ip̄e aiaz suā viuificabit. Cōside rās eni auertens se ab omnib⁹ iniqtatib⁹ suis q̄s operat⁹ est vita vivet et non morietr: dicit dñs omipotēs. **Grad.** Saluū fac seruū tuū de⁹ me⁹ sperantē in te ℣. Auribus percipe domie oratōez meam. **Scōm Johannem. v.**

In illo tẽpore: Erat dies festus iudeoꝝ: et ascendit ihesus ihersolimã. Est autem ihersolimis ꝓbatica piscina q̃ cognomiabatur hebraice bethsaida qnq; porticꝰ habẽs. In his iacebat multitudo languentiũ. cecoꝝ. claudoꝝ. et aridoꝝ expectantiũ aquemotũ. Angelꝰ autem dñi scõm tempus descẽdebat in piscinã: et mouebaꝫ aqua Et qui prior descendisset in piscinã post motiõem aque: sanꝰ fiebat a quacunq; detinebaꝫ infirmitate. Erat autẽ quidaꝫ hõ ibi triginta et octo ãnos habẽs in infirmitate sua. Hunc cuꝫ vidisset ihus iacentẽ: et cognouisset quia multũ iam tẽpus haberet dicit ei. Vis sanus fieri. Respondit ei languidus. Dñe hominẽ non habeo: vt cuꝫ turbata fuerit aqua mittat me i piscinam. dum venio eñ ego: alius antẽ me descendit. Dicit ei ihesus. Surge tolle grabatũ tuuꝫ et ambula. Et statim sanus factꝰ est homo ille: et sustulit grabatũ suũ et ambulabat. Erat autẽ sabbatum in illa die. Dicebãt ergo iudei illo q̃ sanatꝰ fuerat. Sabbatũ est: nõ licet tibi tollere grabatũ tuuꝫ. Respõdit eis langui dus. Qui me sanũ fecit: ille mihi dixit: tolle grabatũ tuũ et ambula. Interrogauerũt ergo eũ Quis est ille homo qui dixit tibi: tolle grabatũ tuũ et ambula: Is autez qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset. Ihus autẽ declinauit a turba cõstitu/ta i loco. Postea inuenit eũ ihesus in templo et dixit ei. Ecce sanus factus es, iaz noli peccare: ne deteriꝰ tibi aliquid ꝓtingat. Abijt ille homo: et nũciauit iudeis q̃ ihus esset: qui fecit euꝫ sanũ. Offerto. Benedic aia mea domio et noli obliuisci oñes retributiones eius: et renouabit sicut aquile iuuentꝰ tua. Secr. Suscipe qsumus domie munera nris oblata seruitijs: et tua ꝓpicius dona sanctifica. Per do. Cõm. Erubescant et cõturbentur oñes inimici mei: auertãtur retrorsuꝫ et erubescãt valde velociter Cõpleñ. Per huius domie operatõez mysterij et vitia nostra purgent: et iusta desideria cõpleant. Per dñm. Exaudi nos Sup ppl'mor. misericors deus: et mẽtibus nostris gre tue lumẽ oñde. Per.

Sabbato qtuor tpm Introit

Intret oratio mea in conspectu tuo: inclina aurẽ tuã ad pcẽ meam domie. ps. Domie deus salutis mee in die clamaui et nocte coram te. Gloria pa. Orem. Flect. geñ. Populũ tuũ domie Oro quesumꝰ ꝓpicius respice atq; ab eo flagella tue iracũdie cleméter auerte. Per. Lectio libri Deutronomij. xxvj.

In diebꝰ illis: Dixit moyses ad dñm dicẽs. Respice domine de sãctuario tuo: et de excelso celorũ habitaculo. Et benedic populo tuo israhel et terre quã dedisti nobis. sicut iurasti patribꝰ nostris terre lacte et melle manãti. Audi israhel. ho

die dñs de⁹ tuus p̄cepit tibi vt facias mãdata eius atq; iudicia Et custodias ⁊ impleas ex toto corde tuo: ⁊ ex tota aĩa tua. Dominuz elegisti hodie: vt sit tibi deus. ⁊ ambules in vijs eius: ⁊ custodias cerimonias illius: et mãdata atq; iudicia: ⁊ obedias eius imperio. En dñs elegit te hodie: vt sis ei populus peculiaris sicut locut⁹ est tibi: et custodias omnia p̄cepta eius. Et faciat te excelsiorez cũctis gentibus quas creauit in laudem ⁊ nomen et gloriã suã. vt sis populus sãctus domini dei tui: sicut locut⁹ est tibi. Grad. Propicius esto domie peccatis nostris: ne quãdo dicant gentes vbi est de⁹ eorũ. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: ⁊ propter honorẽ nomis tui domine libera nos. Orem⁹. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

DEus qui nos in tantis periculis ꝯstitutos p̄ humana scis fragilitate nõ posse subsistere. da nobis salutẽ mẽtis et corporis: vt ea q̃ p̄ peccatz nostris patimur: te adiuuãte vincam⁹. ℟er. Lectio libri Deuteronomij.

IN diebus illis. Dixit moyses filijs israhel. Si custodieritis mãdata q̃ ego p̄cipio vobis: ⁊ feceritz ea. vt diligatis dñm deum vestrũ: ⁊ ambuletis in oñibus vijs ei⁹ adherẽtes ei. dispdet dñs omnes gentes istas ante faciẽ vestrã: ⁊ possidebitis eas q̃ maiores ⁊ fortiores vobis sũt. Omis loc⁹ quẽ calcauerit pes vester: vester erit. A deserto: ⁊ libano: et flumine magno eufrate vsq; ad mare occidẽtale erũt termini vestri. Null⁹ stabit ꝯra vos. Terorẽ vr̃m ⁊ formidinẽ dabit dñs deus vester: sup omnẽ terrã quã calcaturi estz: sicut locutus est vobis dñs de⁹ vester Protector noster aspice de us: ⁊ respice sup seruos tuos. Grad. ℣. Domine deus virtutuz exaudi p̄ces seruoz tuoz. Orem⁹. Flect. Oro.

PRotector nr̃ aspice deus vt qui maloz nr̃oz ponderẽ p̄mimur: percepta misericordia libera tibi mente famulemur. ℟er. Lectio li. Machabeoz. j. ca. li. ij

Feria sexta Introitus. Ac mecum domine signuꝫ in bono vt videant qui me oderunt et confundātur: quoniā tu domine adiuuisti me et consolatꝰ es me. ps. Inclina aurē tuam ad me et exaudi me quoniam inops et pauper sum ego. Oratio Eiunia nra quesu mus domine benigno fauore psequere. vt sicut ab alimentis abstinemꝰ in corpore: ita a vicijs ieiunemus in mente. Per dñm. Lectio libri Numeri. In dieb⁹ illis. Cō meri. xx. Tenerūt filij israhel ad moysen et aaron: ⁊ versi in seditionem dixerūt. Da nobis aquā vt bibamus. Ingressiqꝫ moyses et aaron: dimissa multitudine ante tabernaculum federis: corruerunt proni in terraꝫ clamauerunt ad dominū atqꝫ dixerunt. Domine deus: exaudi clamorem populi huius: ⁊ aperi eis thesaurum tuum fonteꝫ aque viue: vt satiati cesset murmuratio eorū. Et apparuit gloria domini super eos: locutusqꝫ est dominus ad moysen dicens. Tolle virgam et congrega populum: tu ⁊ aaron frater tuus. ⁊ loquimini ad petraꝫ coram eis: et illa dabit aquas. Cūqꝫ eduxeris aquam de petra: bibet omnis multitudo et iumēta eius. Tulit igitur moyses virgam que erat in conspectu domini: sicut p̄ceperat ei ꝯgregata multitudine ante petram dixitqꝫ eis. Audite rebelles ⁊ incredduli. Num de petra hac vobis aquam poterimus eijcere? Cūqꝫ eleuasset moyses manū

percutiens virga bis ſalicem: egreſſe ſunt aque largiſſime: ita vt populus biberet: ⁊ iumenta: dixitq; dominus ad moyſen ⁊ aaron quia non credidiſtis mihi vt ſanctificaretis me coram filijs iſrael: non introducetis hos pplos in terrā quam dabo eis: hec eſt aqua cōtradictionis vbi iurgati ſunt filij iſrl contra dñm ⁊ ſanctificatus eſt in eis. **Diuiſio.** Diſit interea nuncios moyſes de cades ad regez edom qui dicerent. Hec mandat frater tuus iſrael. Nosti omnem laborem qui apprehendit nos: quomodo deſcenderint patres noſtri in egyptū ⁊ habitauerimus ibi multo tpe afflixerintq; nos egyptij ⁊ patres noſtros: ⁊ quō clamauerimus ad dñm ⁊ exaudierit nos miſeritq; angelum qui eduxerit nos de egypto. Ecce in vrbe cades que eſt in extremis finibus tuis poſiti: obſecramus vt nobis tranſire liceat per terram tuā. Non ibimus p agros nec per vineas: non bibemus aquas de puteis tuis: ſed gradiemur via publica nec ad dexteram nec ad ſiniſtram declinantes donec tranſeamus terminos tuos. Cui rñdit edom. Non tranſibitis per me. Alioquin armatus occurrā tibi. Dixeruntq; filij iſrael. Per tritaz gradiemur viam ⁊ ſi biberim⁹ aquas tuas nos ⁊ pecora nra: dabimus quod iuſtū eſt. Nulla erit in precio difficultas: tm̄ve lociter tranſeamus. At ille reſpondit. Non tranſibitis. Et tim q egreſſus eſt obuius cum infinita mltitudie ⁊ manu forti: nec voluit acquieſcere deprecanti vt concederet tranſitum per fines ſuos. Quā obrem diuertit ab eo iſrael. Cūq; caſtra mouiſſent de cades: venerunt in montē hor qui eſt in finibus terre edom: vbi locut⁹ eſt dñs ad moyſen dicens. Pergat inquit aaron ad populos ſuos. Non enim intrabit terraz quā dedi filijs iſrael: eo q incredulus fuerit ori meo ad aquas cō tradictionis. Tolle aaron ⁊ filiū eius cum eo ⁊ duces eos in montem hor. Cūq; nudaueris patrē veſte ſua: indues ea eleazarū filiū eius: ⁊ aaron colligetur ⁊ morieť ibi. Fecit moyſes vt p̄ceperat dñs ⁊ aſcenderūt in monte hor coram omni multitudine. Cūq; aaron ſpoliaſſet veſtibus ſuis: induit eis eleazarum filiū eius. Illo mortuo in montis ſupercilio deſcēdit cuz eleazaro. Omnis autem multitudo videns occubuiſſe aaron: fleuit ſuper eo triginta diebus per cunctas familias ſuas.

In deo ſperauit cor meū ⁊ adiutus ſum ⁊ refloruit caro mea ⁊ ex voluntate mea cōfitebor illi. **Gradale.** ℣. Ad te dñe clamaui deus me⁹ ne ſileas ne diſcedas a me.

Tract⁹ Domine nō ſcōm peccata noſtra facias nobis: neq; ſcōm iniq̄tates no-

stras retribuas nobis. ℣. Domie ne memineris iniquitatū nostraruz antiquarum: cito anticipent nos miseri cordie tue: quia pauperes facti sum⁹ nimis. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ propter gloziam nominis tui domine libera nos: ⁊ propicius esto peccatis nostris propter nomẽ tuū. Scōz Johannē. ca. iiij.

In illo tpe. Uenit ihesus in ciuitatē samarie que dicit sychar iuxta predium quod dedit iacob ioseph filio suo. Erat aūt ibi fons iacob. Jhesus aūt fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontē: hoza aūt erat quasi sexta. Uenit aūt mulier de samaria hauire aquā: dicit ei ihesus. Da mihi bibere. Discipuli eñ eius abierant in ciuitatē vt cibos emerēt: dicit ergo ei mulier illa samaritana. Quomodo tu iudeus cum sis: bibere a me poscis que sum mulier samaritana. Non enim coutuntur iudei samaritanis.. Respōdit iehsus et dixit ei. Si scires donum dei ⁊ quis ē qui dicit tibi da mihi bibere tu forsitā petisses ab eo ⁊ dedisset tibi aquā viuam. Dicit ei mulier. Domine neq; in quo haurias habes: ⁊ puteus altus est vnde ergo habes aquam viuā. Nunquid tu maioz es patre nostro iacob qui dedit nobis puteum istum ⁊ ipse ex eo bibit: et filij eius: et pecoza eius. Respōdit ihesus: ⁊ dixit ei. Omnis qui bibit ex aqua hac siciet iterum. Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet ineternum: sed aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Dicit ad eum mulier. Domine da mihi hāc aquam vt non sitiam: neq; veniam huc haurire. Dicit ei ihesus. Uade voca virum tuum ⁊ veni huc. Respōdit ei mulier ⁊ dixit. Non habeo virum. Dicit ei ihesus. Bene dixisti qz nō habeo virum. Quinq; enī habuisti viros ⁊ nunc quem habes non est tuus vir: hoc vere dixisti. Dicit ei mulier. Domine video quia propheta es tu patres nostri in mōte hoc adorauerūt: ⁊ vos dicitis quia ihe rosolymis est locus vbi adoza re oportet: dicit ei iesus. Mulier crede mihi quia veniet hoza quādo neq; in mōte hoc neq; in iheroſolymis adozabitis patrem: vos adozatis quod nescitis: nos adozamus qd̄ scimus: quia salus ex iudeis est. Sz venit hoza ⁊ nunc est: quando veri adozatozes adozabūt patrez in spiritu ⁊ veritate. Nam ⁊ pater tales querit: qui adozent eū spūs est deus: ⁊ eos qui adozāt eum in spiritu ⁊ veritate opoz tet adozare: dicit ei mulier. scio quia messias venit qui dicitur christus. Cū ergo venerit: ille annūciabit nobis omnia: dicit ei ihesus. Ego sum qui loquoz tecum: ⁊ continuo venerūt discipuli eius ⁊ mirabant quia cū

mulierē loquebaꝫ: nemo tamē dixit quid queris aut quid loq̄ris cum ea. Reliquit ergo hydriam suam mulier ⁊ abijt in ciuitatem ⁊ dicit illis hominibus Venite ⁊ videte hominē qui dixit mihi omnia que cūq; feci nunquid ipse est cristus. Exierunt ergo de ciuitate ⁊ veniebant ad eum. Interea rogabāt eum discipuli eius dicētes. Rabi manduca. Ille aūt dixit eis. Ego cibū habeo manducare quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli eius ad inuicem Nunquid aliquis attulit ei māducare. Dicit eis ihesus. Dei cibus est vt faciam volūtatem eius qui misit me: vt perficiaꝫ opus eius. Nonne vos dicitis q̄ adhuc quatuor mēses sunt ⁊ messis venit. Ecce dico vobis. Leuate oculos vestros et videte regiones quia albe sūt iam ad messē: ⁊ qui metit mercedem accipit: ⁊ congregat fructum in vitam eternā vt ⁊ qui seminat simul gaudeat et qui metit: in hoc enim est verbum verū: quia aliꝰ est qui seminat ⁊ aliꝰ est q̄ metit: ego misi vos metere quod vos non laborastis: alij autem laborauerunt: ⁊ vos in labores eorū introistis: ex ciuitate autē illa multi crediderunt in eum samaritanorum propter verbū mulieris testimoniū perhibentis: quia dixit mihi omnia quecūq; feci. Cū venissent ergo ad illū samaritani rogauerūt eū vt ibi maneret: ⁊ māsit ibi duos dies: ⁊ multo plures crediderūt propter sermonem eius: ⁊ mulieri dicebant quia iam non propter tuam loquelā credimus: ipsi ēm audiuimus ⁊ scimꝰ quia hic est vere saluator mundi. **Offert.** Intēde voci orationis mee rex meꝰ ⁊ deꝰ meꝰ quoniā orabo ad te dñe. **Secre.** Respice dñe ppicius ad munera que sacramꝰ vt ⁊ tibi grata sint ⁊ nobis salutaria semper existant. Pper. **Cōmu.** Qui biberit aquā quā ego do dicit dñs sa maritane fiet in eo fons aque salientis in vitā eternam. **Compl.** Huius nos dñe pceptio sacramēti mūdet a crimine ⁊ ad celestia regna pducat. p **Suppplī** Presta quesumus omnipotēs deus vt qui in tua protectione confidimus: cuncta nobis aduersantia te adiuuante vincamus. Per dñm nostrum iesuꝫ.

Sabbato Introitus. Verba mea auribꝰ percipe domine intellige clamorem meum intē de voci orationis mee. **ps.** Quoniā ad te orabo domine mane exaudies vocem meam. Gloria patri et filio.

Oratio. Prestaquesu/mus omnipotens deus vt qui se affligēdo carne ab alimentis abstinent: sectando iusticiam a culpa ieiunent. Pper.

Lectio Danielis pphete .xiij. In diebus illis. Erat vir in babylonia ⁊ nomen eius ioachim. Et accepit vxorē no

mine ſuſannam filiam ẏelchie pulchꝛam nimis ⁊ timentẽ de/ um:parentes enim illius cum eſſent iuſti erudierũt filiaz ſuaz ſcm̃ legẽ moyſi. Erat aũt ioa chim diues valde ⁊ erat ei po/ meriũ vicinũ domui ſue: ⁊ ad ipſum confluebãt iudei: eo qꝺ eſſet ẏonoꝛabilioꝛ omniũ ⁊ cõ ſtituti ſunt duo ſenes iudices i anno illo de quibus locutꝰ eſt dñs:quia egreſſa eſt iniquitas de babilone a ſenioꝛibus iudi/ cibus qui videbanꝫ regere po pulũ: Iſti frequẽtabant domũ ioachim ⁊ veniebãt ad eũ om/ neſ qui ẏabebant iudicia. Cum aũt populus reuertiſſet ꝑ me/ ridiem:ingrediebaꝫ ſuſanna ⁊ deambulabat in pomerio viri ſui:⁊ videbãt eã ſenes quotti/ die ingredientẽ ⁊ deambulãtẽ ⁊ exarſerunt in cõcupiſcentiaz eius ⁊ euerterunt ſenſum ſuuz ⁊ declinauerũt oculos ſuos vt non viderent celum neqꝫ re/ coꝛdarenꝫ iudicioꝝ iuſtoꝛum. Erãt ergo ambo vlneratiamo re eius:nec indicauerũt ſibi vi/ ciſſim doloꝛẽ ſuum. Erubeſce/ bãt enĩ iudicare ſibi cõcupiſcẽ/ tiã ſuã volentes cõcubere cum ea. Et obſeruabãt quottidie ſol liciti⁹ videre eã. Dixitqꝫ alter ad alterũ :eamus domũ:qꝛ ho ra prandij eſt. Et egreſſi receſ/ ſerũt a ſe. Cũqꝫ reuertiſſent ve nerunt in vnum:⁊ ſciſcitantes ab inuicẽ cauſam confeſſi ſunt cõcupiſcentiã ſuã. Et tũc in cõ/ mune ſtatuerũt tẽpus: quãdo eã poſſent inuenire ſolam. Fa ctum eſt aũt cũ obſeruarent di em aptum quãdo eaz poſſent inuenire ſolaz. Ingreſſa eſt ali quãdo ſicut ẏeri nudiuſterci⁹ cũ duabus ſolis: voluitqꝫ laua ri in pomerio:eſt⁹ quippe erat ⁊ nõ erat ibi qſqꝫ ꝓter duos ſenes abſconditos: ꝺtẽplãtes eã dixit ergo puell. Afferte mi/ ẏi oleũ ⁊ ſmigmata ⁊ oſtia po/ merij claudite vt lauer. Et fece rũt ſicut ꝓceperat: clauſerũtqꝫ ẏoſtia pomerij ⁊ egreſſi ſunt ꝑ poſticũ vt auferrent que iuſſe/ rat. Neſciebatqꝫ ſenes intꝰ eſſe abſconditos. Cũ aũt egreſſe eſ ſent puelle: ſurrexerũt duo ſe/ nes ⁊ accurrerunt ad eã: ⁊ dixe runt. Ecce oſtia pomerij clau/ ſa ſunt:⁊ nemo nos videt et in concupiſcencia tui ſumus quã obꝛem aſſentire nobis: ⁊ cõmi ſcere nobiſcum. Quod ſi no/ lueris dicemus teſtimoniũ cõ/ tra te quod fuerit tecũ iuuenis ⁊ ob ẏanc cauſam emiſeris pu/ ellas a te. Ingemuit ſuſanna ⁊ ait. Anguſtie ſunt mihi vndiqꝫ Si enĩ ẏoc egero: moꝛs mihi eſt:ſi aũt non egero nõ effugiã manus veſtras:ſed melius eſt mihi abſqꝫ ope incidere in ma nus ẏominũ qꝫ peccare in cõ/ ſpectu dñi: ⁊ exclamauit voce magna ſuſanna: exclamauerũt autem ⁊ ſenes aduerſus eam: cucurrit vnꝰ ad oſtia pomerij ⁊ aperuit: cũ aũt audiſſent cla/

morem in pomerio famuli domus: irruerũt p posticũ vt viderent quidnam esset. Postq̃ autem senes locuti sunt: erubuerunt serui vehementer: quia nunq̃ dictus fuerat sermo huiusmodi de susanna. et facta est dies crastina. Cũq̃ venisset populus ad virum eius ioachim: venerũt et duo presbyteri pleni iniqua cogitatõne aduersus susannam vt interficerent eaz. Et dixerunt corã populo. Ibitе ad susannã filiaz helchie vxorez ioachim. Et statim miserũt Et venit cum parentibus et filijs et vniuersis cognatis suis. Porro susãna erat delicata nimis: et pulchra specie. At iniq illi iusserũt vt discooperiret. Erat eñ coopta: vt vel sic satiarent decore eiꝰ. Flebãt igitur sui: et oẽs qui nouerant eã. Cõsurgẽtes aũt duo presbyteri i medio populi: posuerunt manus super caput eiꝰ. Que flens suspexit ad celuz. Erat enim cor eius fiduciã habens in domino. Et dixerunt presbyteri. Cum deambularemus in pomerio soli: ingressa est hec cum duabus puellis: et clausit ostia pomerij: et dimisit a se puellas. Venitq̃ adolescens ad eam qui erat absconditus: et concubuit cuz ea. Porro nos cuz essemus in angulo pomerij videntes iniquitatẽ cucurrimus ad eos: et vidimus eos pariter cõmisceri. Et illum quidem nequiuimus cõprehẽdere: quia fortior nobis erat: et apto ostio exiliuit. Hanc autem cum apprehendissemꝰ interrogauimus quisnaz esset adolescẽs: et noluit indicare nobis. Huiꝰ rei testes sumꝰ. Credidit eis mltitudo q̃i seniorib⁹ populi et iudicibus: et ꝯdemnauerunt eã ad mortez. Exclamauit autem voce magna susanna et dixit. Deus eterne qui absconditorum es cognitor: qui nosti omnia anteq̃z fiant. Tu scis qm falsuz testimonium tulerunt contra me. Et ecce morior cum nichil horuz fecerim que isti maliciose cõposuerunt aduersum me. Exaudiuit autẽ dominus vocem eius. Cunqz duceretur ad mortem: suscitauit dñs spiritum pueri iuniores: cui nomen daniel. Et exclamauit voce magna et dixit. Mũdus ego sum a sanguine huius Et conuersus omnis populus ad eum dixit. Quis est iste sermo quem tu locutus es: Qui cum staret in medio eorum ait. Sic fatui filij israhel non iudicantes: neq̃ quod verũ est cognoscentes condemnastis filiam israhel. Reuertimini ad iudicium: quia falsum testimonium locuti sunt aduersus eam. Reuersus est ergo populus cũ festinatiõe: et dixit ad eos daniel. Sepate eos abinuicẽ ꝑcul⁊ diiudicabo eos. Cũ ergo diuisi eẽnt alt ab altero: vocauit vnũ ex eis ⁊ dixit ad eũ. Inueterate diez malorũ: nũc venerũt pctã tua q̃ operabaris priꝰ iudicans

iudicia iniusta:innocentes op/
primés ꝛ dimittés noxios:dicé
te dño. Innocenté ꝛ iustuz nó
interficies. Nunc ergo si vidi/
sti eam:dic michi sub qua arbo
re videris eos colloquentes si
bi:¶Qui ait:sub cyno. Dixit au/
tem daniel. Recte mentitus es
in caput tuuz. Ecce enim ange
lus domini accepta sentétia ab
eo:scindet te medium. Et amo
to eo iussit alium venire:et di/
xit ei. Semen chanaan ꝛ nõ iu/
da species decepit te:et cõcupi
scentia subuertit coꝛ tuuz. Sic
faciebatis filiabus israhel:ꝛ ille
timétes loquebãtur vobis.sed
non filia iuda sustinuit iniquita
tem vestraz. Nunc ergo dic mi
chi sub qua arboꝛe cõpꝛehẽde/
ris eos loquentes tibi. Qui ait
sub pꝛino. Dixit autem ei dani
el. Recte mentitꝰ es et tu in ca/
put tuum. Venit autem ange
lus domini gladiuz habens: vt
secet te medium et interficiat
vos. Exclamauit itaqꝫ oñis ce
tus voce magna:ꝛ bñdixerunt
deum qui saluat sperãtes in se.
Et consurrexerũt aduersus du
os pꝛesbyteros.cõuicerat eniz
eos daniel exꝰ oꝛe suo falsum di
xisse testimoniũ.feceruntqꝫ eis
sicut male egerant aduersus p/
ximaz:et interfecerunt eos. Et
saluatus est sanguis innoxiꝰ in
die illa. Grad. Si ambulé in me/
dio vmbꝛe moꝛtis non timebo mala
quoniam tu mecũ es domie. ℣. Vir/
ga tua et baculus tuus:ipsa mecõso
lata sunt. Scõm Johannẽ. viij.

In illo tempoꝛe. Iherr exit
ihesus in montem oliueti:
et diluculo iteruz venit in tem
plum. ꝛ omnis populus venit
ad eum:et sedens docebat eos
Adducunt autem scribe ꝛ pha/
risei mulierem depꝛehensaz in
adulterio. Et statuerũt eam in
medio:et dixerũt ei. Magr̃: hec
mulier mõ depꝛhensa est i adul/
terio. In lege aũt moyses mã/
dauit nobis huiusmodi lapida
re. Tu ergo qd dicis:¶Hoc au/
tem dicebant temptantes euz:
vt possent accusare eum. Ihe/
sus aũt inclinans se deoꝛsũ:di/
gito scribebat in terrã. Cum er
go pseuerarent interrogantes
euz:erexit se et dixit eis. Qui si
ne peccato est vestrum: primꝰ
in illam lapidem mittat. Et ite/
rum inclinãs se scribebat in ter
ram. Audientes autẽ hec:vnꝰ
post vnũ exibãt:incipiétes a se
nioꝛibus. Et remãsit ihesus so
lus ꝛ mulier i medio stans. Eri/
gens autẽ se ihus dixit ei. Mu/
lier: vbi sunt qui te accusabãt:
Nemo te ꝯdemnauit:¶Que di/
xit. Nemo dñe. Dixit autem ei
ihus. Nec ego te ꝯdénabo. va/
de et iam amplius noli peccare.
Gressus meos diri/ Offertoꝛiũ.
ge domie scõm eloquiũ tuum:vt nõ
dominet mei oñis iniustícia domie
Concede quesumꝰ Secreta.
oñipotens deus. vt huiꝰ sacri
ficij munꝰ oblatuz fragilitatem
nostram ab omni malo purget
semp et muniat. Per dominũ
nr̃m. Cõmu. Nemo te ꝯdẽnauit

mulier. nemo domine. nec ego te con
demnabo, iam amplius noli peccare.
Quesumus omnipo/Complē.
tens deus: vt inter eius mem/
bra numeremur: cui⁹ corpori
cōmunicauim⁹ et sāguini. ℘er
eundē dñm. Super populuz
Prætende domie fide/oratio
libus tuis dexteram celestis au/
xilij: et vt te toto corde perqui/
rant: ⁊ que postulant consequi
mereantur. ℘er dñm. Domi
nica quarta in q̄dragesima In/
Letare ihĕrusalez ⁊ troitus.
cōuentuz facite omnes qui di
ligitis eam. gaudete cum letitia qui
in tristicia fuistis vt exultetis: et sati/
emini ab vberibus cōsolatiōis eius.
ps. Letat⁹ sum in his que dicta sunt
michi: in domuz dñi ibim⁹. Oratio
Oncede quesum⁹ omni
potens de⁹: vt qui ex me
rito nostre actionis affligimur
tue gr̃e cōsolatōe respirem⁹. p.
Que sola dicat. Ad Galat. iiij.
Fratres: Scriptū est enim
quoniā abraham duos fi
lios habuit. vnum de ancilla: ⁊
vnuz de libera. Sed qui de an
cilla scd̄m carnē natus est. Qui
autem de libera per repromis/
sionem: que sunt per allegoriā
dicta. Hec enim sunt duo testa
menta. Unum quidez in mon
te syna in seruitutem generās
que est agar. Syna enim mons
est in arabia: qui cōiunct⁹ est ei.
que nunc est ihĕrusalem. ⁊ ser/
uit cuz filijs suis. Illa autē que
sursum est ihĕrusalez libera est:
que est mater nostra. Scriptū
est enī. Letare sterilis que non
paris. erumpe ⁊ clama: que nō
parturis. quia multi filij deser/
te magis q̄z eius que habet vi/
rum. Nos autem fratres scd̄m
ysaac promissionis filij sumus
Sed quomō tunc is qui scd̄m
carnem natus fuerat perseque
batur eum qui scd̄m spiritum:
ita et nunc. Sed quid dicit scri
ptura. Eijce ancillam et filium
eius. Non enim heres erit filius
ancille cū filio libere. Itaq̄z fra/
tres non sumus ancille filij: sed
libere. Qua libertate nos chri/
stus liberauit. Grad. Letatus
sum in his que dicta sūt michi: in do
mum domini ibimus. ℣. Fiat pax in
virtute tua: et abundātia in turrib⁹
tuis. Tractus. Qui cōfidūt in do/
mino sicut mons syon non cōmoue/
bitur in eternum: qui habitat in ihe/
rusalez. ℣. Montes in circuitu eius:
⁊ domin⁹ i circuitu populi sui: ex hoc
nūc ⁊ vsqz in seculū. S. Johez. vj
In illo tempore. Abijt ihe/
sus trans mare galilee q̄d
est tyberiadis: et sequebat euz
multitudo magna. q̄z videbant
signa q̄ faciebat sup his qui in/
firmabantur. Subijt ergo ihe/
sus in montē: et ibi sedebat cuz
discipulis suis. Erat autez pro/
ximuz pascha dies festus iude/
orū. Luz subleuasset ergo ocu/
los ihesus: et vidisset quia mul
titudo maxima venit ad euz: di
cit ad philippum. Unde eme/
mus panes vt manducent hij:
Hoc autē dicebat temptās eū.
Ipe enī sciebat quid eēt factu/

rus. Respondit ei philippus. ducẽtorum denariorũ panes non sufficiunt eis vt vnusquisq; modicum quid accipiat. Dicit ei vn⁹ ex discipulis eius andreas: frater symõis petri. Est puer vnus hic qui habet quinq; panes ordeaceos & duos pisces. Sed hec quid sunt inter tantos? Dicit ergo ihesus. Facite homines discumbere. Erat autem fenum multum in loco Discubuerũt ergo viri numero quasi quinq; milia. Accepit ergo ihesus panes. Et cũ gratias egisset: distribuit discũbentibus. Similiter et ex piscibus quantũ volebant. Ut autem impleti sunt dixit discipulis suis. Colligite q̃ supauerãt fragmenta ne pereant. Collegerũt ergo et impleuerũt duodecim cophinos fragmentorũ ex quinq; panibus ordeaceis & duob⁹ piscib⁹ q̃ supfuerũt his qui mãducauerant. Illi ergo homines cũ vidissent qđ fecerat ihs signũ dicebant. Quia hic est vere pphẽta: qui venturus est in mũdum. **Offerto.** Laudate dominum quia benign⁹ est: psallite nomini eius quoniã suaue est. omnia quecunq; voluit fecit in celo et in terra. **Sacrificijs presenti Secreta.** bus domine quesumus placatus intende. vt et deuotiõi nostre proficiãt et saluti. Per dominũ no. **Cõm.** Iherusalez que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum. illuc enim ascenderunt tribus tribus domini: ad cõfitendũ nomini tuo domie. **Cõplẽ.** Da nobis q̃sumus misericors deus: vt sancta tua quib⁹ incessanter explemur: sincer; tractemus obsequijs: et semper fideli mente sumamus. Per dñm.

Feria secunda Introit⁹. Deus in nomine tuo saluũ me fac: et in virtute tua iudica me: deus exaudi orationem meam. ps. Auribus percipe verba oris mei. **Oro** Resta quesumus oñipotens deus: vt obseruationes sacras ãnua deuotõe recolẽtes et corpore tibi placeam⁹ et mente. Per dominũ nostr. **Lectio libri Regũ.** iij.ca.iij.li. In diebus illis. Venerunt due mulieres meretrices ad regem salomonem: steterũt q̃ coram eo. Quarũ vna ait. Obsecro mi dñe: ego et mulier hec habitabam⁹ in domo vna: et peperi apud eam in cubiculo. Tertia autem die postq̃ ego peperi: peperit & illa. Et eramus simul: nullusq; alius in domo nobiscum: exceptis nobis duabus. Mortuus est autẽ filius mulieris hui⁹ nocte. dormiens quippe oppressit eum. Et consurgens in tempeste noctis silentio: tulit filiũ meũ de latere meo ancille tue dormiẽtis: et collocauit i sinu suo. Suum autem filium qui erat mortu⁹ posuit in sinu meo. Cumq; surrexissẽ mane vt darẽ lac filio meo: apparuit mortuus. Quẽ diligenti⁹ intuẽs clara luce deprehẽdi non esse meum quem

genueraz. Respondit altera mulier. Non est ita vt dicis. sed filius tuus mortuus est: me⁹ autem viuit. Econtrario illa dicebat. Mentiris. filius quippe meus viuit: et filius tuus mortuus est. Atq; in hunc modum cõtendebant coram rege. Tũc rex ait. Hec dicit: filius me⁹ viuit et filius tuus mortuus est. et ista respondit nõ: sed filius tuus mortuus est meus autez viuit. Dixit ergo rex. Afferte mihi gladiuz. Dumq; attulissent gladium coram rege. Diuidite inquit infantem viuum in duas partes: et date dimidiam partem vni: et dimidiam partẽ alteri. Dixit autem mulier cuius filius erat viuus ad regem. Commota sunt quippe viscera ei⁹ super filio suo. Obsecro domine: date illi infantem viuum: et nolite interficere eum. Ecõtrario illa dicebat. Nec mihi nec tibi sit: sed diuidat. Respondit rex et ait. Date huic infantem viuum: et non occidatur. hec est enĩ mater eius. Audiuit itaq; omnis israhel iudicium quod iudicasset rex. Et timuerunt regem videntes sapientiam dei esse in eo ad faciendum iudicium. Grad. Esto mihi in deum protectorem et in locuz refugij vt saluum me facias. ℣. Deus in te speraui domine: non cõfundar in eternum. Tractus vt supra.

Sc̃m Johannem. ij.

In illo tempe. Prope erat pascha iudeorũ: et ascendit ihesus iherosolimam: et inuenit in templo vendentes oues et boues et columbas: et nũmularios sedentes. Et cũ fecisset quasi flagellum de funiculis: omes eiecit de templo. Oues quoq; et boues. et nũmlariorũ effudit es: et mensas subuertit. Et his qui vendebãt columbas dixit. Afferte ista hinc: et nolite facere domum patris mei domuz negociationis. Recordati sunt vero discipuli eius qa scriptuz est. Zelus domus tue comedit me. Responderũt ergo iudei et dixerunt ei. Quod signuz ostẽdis nobis: quia hec facis? Respondit ihesus et dixit eis. Soluite templũ hoc: et in trib⁹ diebus excitabo illud. Dixerũt ergo iudei. Quadragita et sex annis edificatum est templũ hoc: et tu in tribus dieb⁹ excitabis illud. Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis: recordati sunt discipuli ei⁹ quia hoc dicebat. Et crediderũt scripture et sermoni quem dixit ihesus. Cum autez esset iherosolimis in pascha in die festo: multi crediderunt in nomie eius: videntes ei⁹ signa que faciebat. Ipe autem ihesus non credebat semetipsum eis: eo q̃ ipse nosset omnes. et quia opus non erat vt quis testimoniũ perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine. Offert. Iubilate deo omnis terra: iubilate deo oms terra. sezuite dño in letícia

intrate in cõspectu eius in exultatõe quia domin⁹ ipse est deus. Secre. Oblatũ tibi dñe sacrificiuz vi/uificet nos semper et muniat. ℘per do. Cõmu. Ab occultis me is munda me dñe ⁊ ab alienis parce seruo tuo. Cõplé. Sumptis do/mine salutarib⁹ sacramẽtis ad redemptiõis eterne quesum⁹ ꝓficiam⁹ augmẽtũ. ℘per. Su/Deprecatõem per ppm oño. nostrã qsum⁹ domie benign⁹ exaudi: ⁊ quib⁹ supplicãdi pre/stas affectuz: tribue defensiõis auxilium. ℘per do. Feria tertia

EXaudi deus ora Introiit⁹ tionem meam et ne despere/ris deprecationem meam: intende in me et exaudi me. ps. Contristat⁹ sum in exercitatõe mea: ⁊ conturbat⁹ sum a voce inimici ⁊ a tribulatõe pec/catoris. Oratio.

SAcre nobis quesum⁹ do/mine obseruatõis ieiunia ⁊ pie cõuersationis augmentũ: ⁊ tue ꝓpiciationis ꝯtinuũ ꝑstent au/xiliũ. ℘per. Lcõ libri Exod. xxxij

IN diebus illis: Locut⁹ est domin⁹ ad moysen dicẽs Descende de monte: quia pec/cauit populus tuus quẽ eduxi/sti de terra egypti. Recesserũt cito de via quã ostẽdisti eis. fe/ceruntq; sibi vitulũ cõflatilem: et adorauerũt atq; ĩmolantes ei hostias ⁊ dixerũt. Isti sũt dij tui israhel qui te eduxerunt de terra egypti. Rursumq; ait do/min⁹ ad moysen. Cerno q; po/pul⁹ iste dure ceruicis sit: dimit/te me vt irascatur furor meus cõ/tra eos: ⁊ deleaz eos. faciamq; te in gentem magnã. Oroyses autem orabat dominũ deũ su/um dicens. Cur domine irasci/tur furor tuus ꝓtra populũ tu/um quez eduxisti de terra egy/pti: ĩ fortitudine magna ⁊ ĩ ma/nu robusta: Ne qso dicãt egy/ptij: callide eduxit eos: vt inter/ficeret in mõtib⁹: ⁊ deleret eos de terra. quiescat ira tua: ⁊ esto placabilis sup nequicia populi tui. Recordare abraham̃ ysaac et israhel seruoz tuoz: quibus iu/rasti ꝑ temetipm dicens. Mul/tiplicabo semen vestrum sicut stellas celi ⁊ vniuersam terram hanc de q̃ locut⁹ sum dabo se/mini vestro. Et possidebitz eaz semp. ℘placatusq; ẽ dñs ne fa/ceret malũ quod locut⁹ fuerat aduersus populũ suum. Et mi/sertus est populo suo: dñs de/us noster. Grad. Exurge domi ne fer oper nobis: ⁊ libera nos ꝓpter nomen tuũ. ℣. Deus auris⁹ nostris audiuimus: patres nostri ãnũciaue/runt nobis opus qd̃ operat⁹ es in di/ebus eorum: et in diebus antiquis.

IN illo Scom Johem. vij tempe. Jam die festo me/diãte ascendit ihs in templũ et docebat: ⁊ mirabãtur iudei di/cẽtes. Quomodo hic lras scit: cum non didicerit? Respon/dit eis ihesus et dixit. Mea do/ctrina non est mea: sed ei⁹ qui misit me. Si quis voluerit vo luntatẽ eius facere: cognoscet de doctrina eius vtz ex deo sit an ego a meipo loquar. Qui a

ſemetipſo loquit̃:gloziam pzo
pziam querit. Qui autē querit
glozią eius qui miſit eū:hic ve/
rax eſt:et iniuſticia in illo nō eſt
Nōne moyſes dedit vobis le/
gem:z nemo ex vobis facit le/
gem:Quid me queritis inter/
ficere:Reſpōdit turba et dixit.
Demoniū habes:quis te que/
rit interficere:Reſpondit ihe/
ſus z dixit eis.Unū opus feci z
omnes miramini. Propterea
moyſes dedit vobis circūciſi/
onem:non qz ex moyſe eſt:ſed
ex patribus:et in ſabbato circū
ciditis hominem.Si circūciſi/
onez accipit homo in ſabbato
vt non ſoluat̃ lex moyſi:michi
indignamini.quia totū homi/
nem ſanū feci in ſabbato. Noli
te iudicare ſcōm faciem:ſed iu/
ſtum iudiciū iudicate. Dicebāt
ergo quidam ex ihero ſolimis.
None hic eſt qué iudei querūt
interficere:Ecce palam loqui/
tur:et nichil ei dicunt. Nūquid
vere cognouerūt principes qz
hic eſt xpus:Sed hunc ſcim⁹
vnde ſit.Xp̃us autē cuz vene/
rit:nemo ſcit vnde ſit. Clama/
bat ergo ihesus docés in tem/
plo z dicens. Et me ſcitis:z vn
de ſim ſcitis.Et a meipo nō ve
ni:ſz eſt ver⁹ qui miſit me:quē
vos neſcitis.Ego ſcio eū.Et ſi
dixero qz neſcio eū:ero ſimilis
vob mendax.Sz ſcio eū:qz ab
ipo ſum:et ipe me miſit. Que/
rebant ergo eum appzehende
re:z nemo miſit in illuz man⁹.
qz nonduz venerat hozа eius.
De turba autez multi credide/
runt in eū **Offer.** Expectans ex
pectabo dominū et reſpexit me et ex/
audiuit depcatōem meā.et imiſit in
os meū canticum nouū: hymnū deo
noſtro. **Secre.** Hec hoſtia que/
ſum⁹ domie emūdet noſtra de
licta: z ad ſacrificiū celebzandū
ſubditozum tibi cozpoza men
teſqz ſanctificet. Per do **Cōm.**
Letabimur in ſalutari tuo:z in nomi
ne domi dei noſtri magnificabimur.
Hui⁹ nos domie per/ **Cōplē.**
ceptio ſacramenti mūdet a cri/
mine:et ad celeſtia regna pduc/
cat. Per. **Sup populum oro.**
Miserere dne populo tuo :et
cōtinuis tribulatōibus labozā/
tem ppicius reſpirare cōcede.
Per do. **Feria qrta Introitus**
Dum ſanctificat⁹ fuero in vo/
bis congregabo vos de vniuer
ſis terris.z effundā ſuper vos aquā
mundā:z mundabimini ab oīnibus
inquinamētz veſtris. z dabo vobis
ſpiritum nouū. **ps.** Benedicā domi
no in oīi tempe ſemper laus eius in
ore meo. **Due oratōes.pma ora/
tio ſine ſalutatōe cum genufle/
xione.ſecūda cuz ſalutatōe z ſi/
ne genuflexiōe.** Oremus. Fle/
ctam⁹ genua. Leuate. **Oratio.**
Deus qui z iuſtis pmia me
rtto:z pctoribus per ieiu/
niuz veniā pbes:miſerere ſup/
plicib⁹ tuis. vt reatus nri confeſ/
ſio indulgentiā valeat percipe
re delictozū. Per dnm noſtrū.
Lectio Ezechielis ppe. xxxvj
Hec dicit dns de⁹.Dāctifi
cabo nomē meū magnū:

vt sciant gẽtes quia ego dominus. Cum sanctificat⁹ fuero in vobis coram eis: tollam quippe vos de gentibus: & congregabo vos de vniuersis terris. Et adducam vos in terram vestram: et effundam super vos aquas mundãs. Et mundabimini ab oñib⁹ inquinamẽtis vestris. & ab vniuersis ydolis vẽris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum: et spiritum nouum ponam in medio vestri. Et auferam cor lapideũ de carne vestra: & dabo vobis cor carneum. Et spiritus meũ ponam in medio vestri: & faciam vt in preceptis meis ambuletis. Et iudicia mea custodiatis: et operemini: et habitabitis in terra quam dedi patrib⁹ vẽris. Et eritis michi in populũ: & ego ero vobis in deum: dicit dominꝰ omnipotẽs.

Venite filij audite me: timorẽ dñi docebo vos. ℣. **Accedite ad eũ et illuminami: & facies vẽre nõ confundẽtur.** **Non dicit** Flectamus genua. **sed** Dñs vobiscũ.

Oratio.

Oresta quesum⁹ omnipotens deꝰ: vt quos ieiunia votiua castigãt: ipa quoq; deuotio sãcta letificet: vt terrenis affectibus mitigatis: facilius celestia capiamus. Per dominũ. **Lectio ysaie pphete.** j. c.

Hec dicit dominꝰ deꝰ. Lauamini: mũdi estote. Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere puerse. discite bene facere. Querite iudicium. subuenite oppresso. iudicate pupillo. Defendite viduam: et venite & arguite me: dicit dominus Si fuerint peccata vra vt coccinũ: quasi nix dealbabũtur. Et si fuerint rubra quasi vermiculus: velut lana alba erũt. Si volueritis & audieritis me: bona terre comedetis: dicit dñs omnipotens. **Grad.** Beata gens cuius est dominꝰ deus eorum: populus quez elegit dominꝰ in hereditatez sibi. ℣. Verbo domi celi firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Scom Johannem. ix. ca.

In illo tẽpore. Preteriẽs ihesus vidit hominẽ cecũ a natiuitate: & interrogauerũt eum discipuli eius. Rabbi: quis peccauit: hic aut parẽtes eius vt cecus nasceret? Respõdit ihesus Neq; hic peccauit: neq; parentes eius: sz vt manifestent opera dei in illo. Me oportet operari opera eiꝰ qui me misit donec dies est. Venit autem nox quãdo nemo põt opari. Quãdiu in hoc mũdo sum: lux sum mundi. Hec cum dixisset expuit in terram: & fecit lutuz ex sputo. & liniuit super oculos eius & dixit ei. Vade & laua in natatorio syloe: qd interptat missus. Abijt ergo et lauit: et venit videns. Itaq; vicini et qui viderant eum prius: quia mendicꝰ erat dicebant. Nõne hic est qui sedebat & mendicabat? Alij dicebant quia hic est. Alij autem: nequaq;: sed similis eiꝰ est. Ille vero dicebat: quia ego sum.

Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt oculi tibi. Respondit ille homo qui dicit ihesus: lutū fecit & vnxit oculos meos & dixit mihi: vade ad natatoriū siloe & laua: & abij & laui & video Et dixerūt ei. Vbi est ille? Ait. Nescio. Adducūt eum ad phariseos qui cecꝰ fuerat. Erat aūt sabbatū quādo lutū fecit iesus: & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eū phariſei: quō vidisset. Ille autē dixit eis: lutū posuit mihi super oculos: & laui & video. Dicebāt ergo ex phariseis: quidam nō est hic homo a deo qui sabbatum nō custodit. Alij aūt dicebant. Quomodo pōt homo peccator hec signa facere. Et scisma erat inter eos. Dicunt ergo ceco iterū. Tu quid dicis: de illo qui aperuit oculos tuos. Ille aūt dixit: quia ꝓpheta est. Non crediderunt ergo iudei de illo quia cecus fuisset & vidisset: donec vocauerūt parētes eiꝰ qui viderat: & interrogauerūt eos dicentes. Hic est filius vester: quem vos dicitis quia cecꝰ natus est. Quomodo ergo nunc videt. Rñderūt ergo parētes eius: & dixerūt. Scimus qꝝ hic filius est noster: & quia cecꝰ natus est: quomodo aūt nunc videat: nescimꝰ: aut quis eiꝰ aperuit oc̄los: nos nescimꝰ. Ipm interrogate etatem habet: ipse de se loquat̄: hec dixerūt parētes eius: quia timebāt iudeos. Jam em̄ conspirauerāt iudei: vt si quis eū cōfiteret esse chꝝstū extra synagogā fieret. Propterea parentes eius dixerunt quia etatem habet: ipsum interrogate. Vocauerūt ergo rursum hominē qui fuerat cecꝰ et dixerūt ei. Da gloriā deo. nos scimꝰ quia hic homo peccator est. Dicit ergo ille Si peccator est nescio: vnū scio: quia cū cecus essem modo video. Dixerūt ergo illi quid fecit tibi: quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis. Dixi vobis iam et audistis: quid iterū vultis audire. Nunquid & vos vultis discipuli eius fieri: maledixerunt ergo ei & dixerūt. Tu discipulus eius sis: nos autez discipuli moysi sumus. Nos scimꝰ quia moysi locutus est deus: hunc aūt nescimus vnde sit. Respōdit ille homo & dixit eis. in hoc enim mirabile est: quia vos nescitis vnde sit. Et aperuit oculos meos: scimus aūt: quia peccatores deus non audit: sed si quis cultor dei est: & voluntatē eius facit: hunc exaudit. A seculo non est auditū: quia aperuit quis oculos ceci nati: nisi esset hic a deo: non poterat facere quicq̄. Respōderūt & dixerūt ei. In peccatis natus es totus & tu doces nos. Et eiecerūt eū foras. Audiuit aūt ihesus quia eiecerūt euz foras. Et cū inuenisset eū dixit ei. Tu credis in filiū dei. Respondit ille & dixit. Quis est dñe: vt credam in eū Et dixit ei ihesus. Et vidisti eū

Et loquit tecuz ipse est. At ille ait. Credo domine. Et procidens adorauit eum. Offerto. Benedicite gẽtes domino deo nostro ⁊ obaudite vocem laudis eius qui posuit animam meaz ad vitam ⁊ non dedit cõmoueri pedes meos. Benedictus dñs qui nõ amouit deprecationem meam ⁊ misericordiaz suam a me. Secre. Supplices te rogamus omnipotens de⁹ vt his sacrificijs peccata nostra mundentur: quia tunc tribuis nobis veram ⁊ mẽtis ⁊ corporis sanitatem. ℘er. Commu. Lutum fecit ex sputo dominus: ⁊ liniuit oculos meos ⁊ abij ⁊ laui ⁊ vidi ⁊ credidi deo. Complenda. Sacramenta que sumpsimus domine deus noster: et spiritualibus nos repleant alimentis ⁊ corporalibus tueantur auxilijs. ℘er Sup pplm oratio. Pateant aures miscdie tue domine precibus supplicantium ⁊ vt petentib⁹ desiderata cõcedas: fac nos que tibi sunt placita postulare. ℘er dñm nostrũ

Feria quinta Introitus

Letetur cor querentium dominum querite dominũ ⁊ confirmamini: querite faciẽ eius semper. ps. Cõfitemini domino ⁊ inuocate nomen eius annũciate inter gẽtes opera eius. Gloria patri ⁊ fi. Oratio. Presta quesumus omnipotens deus vt quosiejunia votiua castigãt: ipsa quoq; deuotio sanctificet: vt terrenis affectibus mitigatis facili⁹ celestia capiamus. ℘er dñm.

Lectio libri Regum. iiij. lib. iiij

In diebus illis. Venit mulier sunamitis ad heliseuz in montem carmeli. Cũq; vidisset eam vir dei: de cõtra ait ad giezi puerum suuz. Ecce sunamitis illa: vade ergo in occursum eius. ⁊ dic ei. Recte ne agit circa te ⁊ circa virum tuuz ⁊ circa filium tuuz? Que respõdit. Recte. Cũq; venisset ad virum dei in montem: apprehẽdit pedes eius. Et accessit giezi vt amoueret eaz. Et ait homo dei. Dimitte illam: anima eniz ei⁹ in amaritudine est: ⁊ dominus celauit a me: ⁊ non indicauit mihi. Que dixit illi. Nunqd petiui filium a domino meo. Nunquid non dixi tibi: ne illudas me? ⁊ ille ait ad giezi. Accinge lumbos tuos: ⁊ tolle baculũ meuz in manu tua ⁊ vade. Si occurrerit tibi homo non salutes eũ. Et si salutauerit te quispiam: nõ respondeas illi: ⁊ pones baculum meum super faciem pueri. ℘ro mater pueri ait viuit dominus ⁊ viuit anima tua: non dimittam te. Surrexit ergo ⁊ secutus est eã. Giezi aũt pcesserat ante eos: ⁊ posuerat baculuz super faciẽ pueri: ⁊ nõ erat ei vox neq; sensus Reuersusq; est in occursuz ei⁹ ⁊ nunciauit ei dicens. Non surrexit puer. Ingressus est ergo heliseus domum. Et ecce mortuus puer iacebat i lectulo ei⁹. Ingressusq; clausit ostium super se ⁊ super pueruz: ⁊ orauit

ad dominum. Et ascendit ⁊ incubuit super puerum: posuitq; os suum super os eius: ⁊ oculos suos super oculos eius: et manus suas super manus eius: ⁊ incurvauit se super eum: ⁊ calefacta est caro pueri. At ille reuersus deambulauit in domo semel huc atq; illuc: ⁊ ascendit ⁊ incubuit super puerum ⁊ hoscitauit puer septies: aperuitq; oculos suos. At ille vocauit giezi. ⁊ dixit ei. Voca sunamitem hanc. Que vocata ingressa est ad eum. Qui ait. Tolle filium tuum: venit aũt illa: ⁊ corruit ad pedes eius: ⁊ adorauit sup terram. Tulitq; filiũ suum ⁊ egressa est. Heliseus vero reuersus est in galgalã. **Grad.** Respice domine in testamentum tuum ⁊ animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. ℣. Exurge domine ⁊ iudica causam tuã memor esto opprobrij seruorum tuorum. **Scõm** In illo tempore. **Lucã. ca.** vij. Ibat ihesus in ciuitatem que vocat naym ⁊ ibant cum illo discipuli eius: ⁊ turba copiosa. Cum autez appropinquaret porte ciuitatis. Ecce defunctus efferebat filius vnicus matris sue: ⁊ hec vidua erat: et turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidisset ihesus misericordia motus super eam. Dixit illi. Noli flere. Et accessit ⁊ tetigit loculum. Hi autez qui portabant steterũt. Et ait. Adolescens. Tibi dico surge: ⁊ resedit qui erat mortuus ⁊ cepit loqui. Et dedit illum matri sue. Accepit autez omnes timor ⁊ magnificabant deum dicentes Quia propheta magnus surrexit in nobis ⁊ quia deus visitauit plebem suam. **Offert.** Domine ad adiuuandum me festina cõfundantur omnes aduersus me qui cogitant seruis tuis mala. **Secre.** Purifica nos misericors deus vt ecclesie tue preces que tibi grate sunt pia munera deferentes: fiant expiatis mẽtibus gratiores. Per dominũ. **Cõmu.** Domine memorabor iusticie tue solius deus docuisti me a iuuentute mea ⁊ vsq; in senectam ⁊ senium deus ne derelinquas me **Compleñ.** Celestia dona capiẽtibus que sumus dñe non ad iudiciũ peruenire patiaris: quod fidelib⁹ tuis ad remedium prouidisti. Per. **Sup populum oratio.** Populi tui de⁹ institutor ⁊ rector: peccata quibus impugnatur expelle: vt semper tibi placitus: ⁊ tuo munimine sit securus. Per dñm nostrũ ihesum.

Feria sexta Introitus. Editatio cordis mei in conspectu tuo semper: domine adiutor meus ⁊ redemptor meus. **pſa.** Celi enarrant gloriaz dei ⁊ opera manuũ eius annunciat firmamentũ. **Ofo.** Deus qui ineffabilib⁹ mũdum renouas sacramentis presta quesumus vt ecclesia tua eternis proficiat institutis: ⁊ temporalib⁹ nõ destituat

auxilijs. ꝑ dñm nostrũ ihm

Lectio libri regũ. xvij. li. tercio

IN diebus illis. Egrotauit filius mulieris matrisfamilias: ⁊ erat languor fortissimus ita vt nõn remaneret in eo alitus. Dixit ergo ad helyã Quid mihi ⁊ tibi est vir dei? Ingressus es ad me vt rememorarentur iniquitates mee ⁊ interfice res filiũ meũ? Et ait ad eam helias. Da mihi filiũ tuũ. Tulitq; eum de sinu illius. Et portauit eum in cenaculũ vbi ipse manebat. Et posuit eum super lectulũ suum: ⁊ clamauit ad dñm ⁊ ait. Domine deus meus etiã ne viduam apud quam ego vt cũq; sustẽtor afflixisti: vt interficeres filiũ eius: ⁊ expandit se: atq; mensus est super puerum tribus vicibus: clamauitq; ad dñm ⁊ ait. Domine deus me reuertat obsecro anima pueri huius in viscera eius. Exaudiuit aũt dominus vocem helye Et reuersa est anima pueri intra eum ⁊ reuixit. Tulitq; helyas puerum ⁊ deposuit eum de cenaculo in inferiorem domũ ⁊ tradidit matri sue: ⁊ ait illi: en viuit filius tuus. Dixitq; mulier ad helyam. Nunc in isto cognoui quoniam vir dei tu es: ⁊ verbum domini in ore tuo verum est. **Gradale.**

Bonũ est confidere iu domine q̃m confidere in homine. ℣. Bonus est sperare in domino q̃s sperare in principibus. **Tractus vt supra.**

Sc̃m Johannem. xj.

IN illo tempore. Erat quidam languens lazarus a bethania de castello marie ⁊ marthe sororum eius. Maria aũt erat que vnxit dñm vngento: ⁊ extersit pedes eius capillis suis. cuius frater lazarus infirmabatur: miserũt ergo sorores eius ad eum dicentes. Domine: ecce quem amas infirmatur. Audiens aute ihesus dixit eis. Infirmitas hec nõ est ad mortem: sed pro gloria dei: vt glorificetur filius dei per eum: diligebat aũt ihesus martham et sororem eius mariam ⁊ lazarũ vt ergo audiuit quia infirmabatur tunc quidez mansit in eodem loco duobus diebus: deinde post hec dicit discipulis suis. Eamus in iudeam iterum: dicunt ei discipuli. Rabbi. Nũc querebant te iudei lapidare: et iterum vadis illuc. Respondit ihesus. Nonne duodecim hore sunt diei. Si quis ambulauerit in die non offendit: quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte: offendit: quia lux non est in eo. hec ait: ⁊ post hec dicit dom⁹ Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt a somno excitem eum. Dixerũt ergo discipuli eius. Domine si dormit: saluus erit: dixerat autem ihesus de morte eius: illi aũt putauerũt quia de dormitiõe somni diceret. Tunc ergo dixit eis

ihesus manifeste:lazarus mor/
tuꝰ est: ⁊ gaudeo propter vos
vt credatis quoniam non erã
ibi. Sed eamus ad eum. Dixit
ergo thomas qui dicitur didi/
mus ad condiscipulos. Eamꝰ
⁊ nos ⁊ moriamur cuꝫ eo. Ue/
nit itaq; ihesus ⁊ inuenit eum
quatuor dies habentes iam in
monumento. Erat autem be/
thania iuxta hierosolymã qua
si stadijs quindecim. Multi au
tem ex iudeis venerant ad ma
riam ⁊ martham vt cõsolaren/
tur eas de fratre suo. Martha
ergo vt audiuit quia ihesus ve
nit occurrit illi:maria aũt sede/
bat domi. Dixit ergo martha
ad ihesum. Domine si fuisses
hic frater meus nõ fuisset mor
tuus. Sed ⁊ nũc scio quia que
cũq; poposceris a deo:dabit ti
bi deꝰ. Dicit illi ihesus. Resur/
get frater tuꝰ. Dicit ei martha
Scio quia resurget in resurre/
ctione in nouissimo die. Dicit
ei ihesus. Ego sum resurrectio
⁊ vita. Qui credit in me etiaꝫ si
mortuus fuerit viuet. Et om/
nis qui viuit ⁊ credit in me: nõ
morietur in eternum. Credis
hoc? Ait illi vtiq; domie. Ego
credidi quia tu es xps filiꝰ dei
viui qui in hunc mundum ve/
nisti. Et cum hec dixisset abijt ⁊
vocauit mariam sororem suaꝫ
silentio dicẽs. Magister adest
⁊ vocat te. Illa aũt vt audiuit
surrexit cito ⁊ venit ad eũ: non
dum enim venerat ihesus in
castelluꝫ: sed erat adhuc in illo
loco vbi occurrerat ei martha
Judei ergo qui erant cum ea
in domo: ⁊ consolabantur eaꝫ
Cum vidissent mariam quia ci
to surrexit ⁊ exijt: secuti sunt eã
dicentes. Quia vadit ad mo/
numentum: vt ploret ibi. Ma/
ria ergo cum venisset vbi erat
ihesus videns eum cecidit ad
pedes eis ⁊ dixit ei. Domine si
fuisses hic frater meus nõ fuis/
set mortuus. Jhesus ergo vt
vidit eam plorantes ⁊ iudeos
qui venerant cum ea plorã/
tes: infremuit spiritu: ⁊ turba/
uit seipsuꝫ ⁊ dixit: vbi posuistis
eum. Dicunt ei. Domine veni
⁊ vide. Et lachrymatus est ihe/
sus. Dixerunt ergo iudei Ecce
quomodo amabat eum. Qui/
dam aũt ex eis dixerunt. Non
poterat hic qui aperuit oculos
ceci nati facere: vt ⁊ hic nõ mo
reret. Jhesus ergo rursus fre/
mens in semetipso: venit ad
monumentum. Erat autem spe
lunca ⁊ lapis superpositꝰ erat
ei. Ait ihesus. Tollite lapidem
Dicit ei martha soror eius qui
mortuus fuerat. Domine iam
fetet: quadriduanus est enim.
Dicit ei ihesus. Nonne dixi ti/
bi? Quoniam si crediderис vi/
debis gloriam dei? Tulerunt
ergo lapidem. Jhesus autem
eleuatis sursuꝫ oculis dixit. Pa
ter gratias ago tibi: quoniaꝫ ex

audisti me. Ego autem sciebaz quia semper meaudis. Sed propter populum qui circumstat dixi: vt credant quia tu me misisti. hec cum dixisset. Voce magna clamauit. Lazare veni foras. Et statim prodijt qui fuerat mortuus ligatus manus et pedes institis et facies illius sudario erat ligata. Dicit eis ihesus. Soluite euz et sinite abire. Multi ergo ex iudeis qui venerant ad mariam et martham: et viderant q̄ fecerat ihesus: crediderũt in eũ. Offert. Populum humilem saluum facies domine et oculos superbozum humiliabis quoniam quis deus preter te domine. Secre. Munera nos dñe quesum⁹ oblata purificẽt et te nobis iugiter faciant esse placatum. Per dñm. Cõmu. Videns dominus flentes sozores lazari ad monumentũ lachrymatus est coram iudeis et clamabat lazare veni foras et prodijt ligatis manib⁹ et pedibus qui fuerat quadriduan⁹ mortuus. Compl. Hec nos domine quesum⁹ participatio sacramenti et a propzijs reatibus sine dilatione expediat: et ab omnib⁹ tueat aduersis. Per dñm

Super populum Oratio.

Da nobis quesum⁹ omnipotens de⁹: vt q infirmitatis nostre conscij de tua virtute confidimus semper sub tua pietate gaudeamus. Per dñm nr̄m

In die sabbati Introitus.

Sciẽtes venite ad aquas dicit dominus et qui non habetis precium venite et bibite cum leticia. ℣. Attendite populeme⁹ legez meam inclinate aurem vestrã in verba oris mei. Gloria patri. Oratio.

Fiat domine quesumus per gratiã tuam fructuosus nostre deuotionis affectus quia tunc nobis proderunt suscepta ieiunia: si tue sint placita pietati. Per dñm nostrum.

Lectio ysaie prophete. xlix.

Hec dicit dominus deus: in tempore placito exaudiui te et in die salutis auxiliat⁹ sum tui. Et seruaui te et dedi te in fedus populi mei: vt suscitares terrã et possideres hereditates dissipatas vt diceres his q vincti sunt exite: et his qui in tenebris sunt reuelamini: super vias pascent̄: et in omnib⁹ planis pascue eorum. Non esurient neq; sitient: et non p̄cutiet eos estus et sol: quia miserator eoz̄ reget eos: et ad fontes aquarum potabit eos: et ponam omnes montes meos in viam: et semite mee exaltabunt̄. Ecce isti de longe venient. Et ecce illi ab aquilone et mari et isti de terra australi. Laudate celi et exultet terra. Jubilate montes laudez quia consolatus est dominus populum suum et pauperũ suorum miserebitur. Et dixit syon dereliquit me dominus: et dominus oblitus est mei. Nunqd

obliuiſci poteſt mulier infantē ſuum: vt nō miſereat filio vteri ſui: ꝛ ſi illa oblita fuerit: ego tamē nō obliuiſcar tui: dicit dominus omnipotens. Grad. Tibi dñe derelictus eſt pauper pupillo tu eris adiutor. ℣. Ut quid dñe receſſiſti longe: deſpicis in oportunitatibus in tribulatione dum ſuperbit impius incenditur pauper.

Scōm Johannem. viij. cap

In illo tēpore dicebat ihe/ſus turbis iudeorum. Ego ſum lux mūdi qui ſequit me nō ambulat in tenebris: ſed habebit lumen vite. Dixerunt ergo ei phariſei: tu de teipo teſtimoniū perhibes: teſtimoniū tuum non eſt verū. Reſpōdit ihesus ꝛ dixit eis. Et ſi ego teſtimoniū perhibeo de meipſo verum eſt teſtimoniū meum quia ſcio vnde veni ꝛ quo vado. Vos aūt neſcitis vnde venio aut quo vado: vos ſcōm carnem iudicatis ego non iudico quēquam: ꝛ ſi ego iudico: iudiciū meum verū eſt: quia ſolus non ſum: ſed ego ꝛ qui miſit me pater: ꝛ in lege veſtra ſcriptū eſt: quia duorum hominū teſtimoniū verū eſt. Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de meipſo ꝛ teſtimonium perhibet de me: qui miſit me pater. Dicebant ergo ei Ubi eſt pater tuus. Reſpondit ihs. Neq; me ſcitis neq; patrē meum. Si me ſciretis forſitan ꝛ patrē meum ſciretis. Hec verba locutus eſt ihesus in gazophilatio: docens in templo. Et nemo apprehendit eum: quia nondum venerat hora eius.

Off. actus eſt dominꝰ Offertoriū. firmamentum meum ꝛ refugiū meū ꝛ liberator meus ſperabo in eum.

Oblationibus no/ Secreta. ſtris quesumus dñe placare ſuſceptis ꝛ ad te etiam noſtras rebelles propicius compelle voluntates. Per dñm. Cōmn. Dominus regit me ꝛ nihil mihi deerit in loco paſcue ibi me collocauit ſuper aquam refectionis educauit me. Compleñ. Tua nos quesumus domine ſancta purificēt et operationis ſue remedio tibi faciant eſſe placatos. Per dominū noſtrum ihesum xpm.

Super populum Oratio.

Deus qui ſperātibus in te miſereri potius eligis q̄ iraſci: da nobis digne flere mala que fecimus vt tue conſolationis gratiā inuenire valeamus. Per dñm noſtrum ihesum xpm filium tuū. Dominica de paſſione dñi Introitus

Iudica me deꝰ et diſcerne cauſam meam de gēte non ſancta ab homine iniquo ꝛ doloſo eripe me qz tu es deꝰ meꝰ ꝛ fortitudo mea. ps Emitte lucem tuam ꝛ veritatem tuam: ipſa me deduxerunt ꝛ adduxerunt in montem ſanctum tuum ꝛ in tabernacula tua. Gloria patri. non dicitur vſq; ad paſca exceptis feſtis ſanctorum: ſed introitus

resummatur. Oratio.

QVesumus omnipotens deus familiam tuam pro picius respice: vt te largiente regatur in corpore & te seruante custodiatur in mente. Per dñm nostrum ihesum christū. Ab hac die vsq; ad feriaz quintam in cena domini feriatis diebus dicit post orationez diei Oratio Ecclesie tue. vel. Deus omniū. tercia ad beneplacitū. Ad Hebreos. viiij.capitulo.

FRatres. Christus assistēs pontifex futurorum bonorum peramplius & perfectius tabernaculuz non manufactum id est non huius creationis neq; per sanguinem hircorum aut vitulorum. Sed per proprium sanguinez introiuit semel: in sancta eterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorum & thaurorum: & cinis vitule aspersus: inquinatos sanctificat ad emundationē carnis. Quanto magis sanguis christi qui per spirituz sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo: emundauit conscientiā nostram ab operibus mortuis ad seruiendū deo viuenti. Et ideo noui testamenti mediator est vt morte intercedente: in redemptionem earū preuaricationū: que erant sub priori testamento: repromissionē accipiant. Qui vocati sūt eterne hereditatis in xpo ihesu domino nostro. Grad. Eripe me domine de inimicis meis doce me facere voluntatem tuam. ℣. Liberator meus domine de gentibus iracundis ab insurgentibus in me: exaltabis me a viro iniquo eripies me. Tractus. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. ℣. Dicat nunc israel sepe expugnauerint me a iuuentute mea. ℣. Etenim non potuerunt mihi super dorsum meum fabricauerunt peccatores. ℣. Prolongauerunt iniquitatem sibi: dominus iustus concidet ceruices peccatorum. Scōm Johannē. viij.

IN illo tempore. Dicebat ihesus turbis iudeorum & principibus sacerdotū. Quis ex vobis arguet me de peccato. Si veritatem dico. Quare vos nō creditis mihi. Qui ex deo est: verba dei audit. Propterea vos non auditis: quia ex deo non estis. Respōderūt igit iudei. Et dixerunt ei. Nōne benedicimus nos: quia samaritan⁹ es tu: & demoniū habes? Respondit ihesus. Ego demoniū nō habeo: sed honorifico patrem meū & vos inhonorastis me. Ego aūt nō quero gloriam meā: est qui querat & iudicet. Amen amē dico vobis: si quis sermonē meū seruauerit mortez non videbit ineternū. Dixerunt ergo iudei. Nunc cognouimus: quia demoniuz habes. Abraham mortuus est et prophete: & tu dicis. si quis ser-

monē meum seruauerit: mor/
tem non gustabit ineternum.
Nūquid tu maior es patre no/
stro abraham qui mortuus est
t prophete mortui sunt: Quē
teipsum facis. Respondit ihe/
sus. Si ego glorifico meipsuz:
gloria mea nihil est. Est pater
meus qui glorificat me quem
vos dicitis quia de⁹ noster est
t non cognouistis eū: ego aūt
noui eum: t si dixero quia non
scio eū: ero vobis similis men
dax. Sed scio eum t sermonē
eius seruo. Abraham pater ve
ster exultauit vt videret diem
meum t vidit t gauisus est. Di
xerunt ergo iudei ad eū. Quin
quaginta annos nondum ha/
bes t abraham vidisti. Dixit eis
ihesus. Amen amen dico vo/
bis. Antequaz abraham fieret
ego sum. Tulerunt ergo lapi/
des vt iacerent in euz. Ihesus
autem abscondit se t exiuit de
templo. Offert. Confitebor ti/
bi domine in toto corde meo retri/
bue seruo tuo t viuam t custodiam
sermones tuos viuifica me scōm ver
bum tuum domine. Secre. Hec
munera quesumus domine t
vincula nostre prauitatz absol
uant: t tue nobis misericordie
dona cōcilient. Per Comun.
Hoc corpus quod pro vobis trade
tur hic calix noui testamēti est i meo
sanguine dicit dns hoc facite quo/
cienscūqz sumitis in meam cōmemo
rationem. Compleū. Adesto
nobis domine deus noster: t
quos tuis misterijs recreasti: p
petuis defende presidijs. Per

Feria secunda Introitus

Auiserere mihi domine quo/
niam conculcauit me homo:
tota die bellans tribulauit me. pſ.
Conculcauerunt me inimici mei to/
ta die quoniam multi bellantes ad/
uersum me. Gloria patri t filio nō
Sancti/ dicitur. Oratio.
Sfica quesumꝰ domie no/
stra ieiunia: t cunctaruz nobis
indulgentiam propicius largi
re culparuz. Per dnm nostrū.
Lectio Jone prophete. iij. ca.
In diebus illis. Factum est
verbum domini ad ionā
prophetā secundo dicēs. Sur
ge t vade in niniuen ciuitatez
magnam t predica in ea predi
cationē quaz ego loquor ad te
Et surrexit ionas: t abijt in ni/
niuen iurta verbum domini: t
niniue erat ciuitas magna iti/
nere trium dierum: t cepit io/
nas introire in ciuitatē itinere
diei vnius. Et clamauit t dixit.
Adhuc quadraginta dies: t ni/
niue subuertet. Et crediderūt
viri niniuite in dño. Et pdica/
uerūt ieiuniū t vestiti sunt sac/
cis a maiore vsqz ad minorem
Et peruenit verbū ad regē ni/
niue: t surrexit de solio suo: t
abiecit vestimentū suum a se: t
indutꝰ est sacco: t sedit in cine/
re t clamauit t dixit in niniue.
Ex ore regis t principū eius di
cens: hoies t iumēta t boues t
pecora nō gustent quicqz nec

pascañ ⁊ aquam non bibant: ⁊ operiantur saccis homines: ⁊ iumenta clamẽt ad dominũ: in fortitudine: ⁊ conuertañ vir a via sua mala: ⁊ ab iniquitate que est in manibus eor. Quis scit si conuertañ ⁊ ignoscat deꝰ ⁊ reuertañ a furore ire sue ⁊ nõ peribimus. Et vidit deus opera eorum: quia conuersi sunt de via sua mala: ⁊ misertus est populo suo dominus deꝰ noster. Grad. Deus exaudi orationem meam auribus percipe verba oris mei. ℣. Deus in nomine tuo saluum me fac ⁊ in virtute tua iudica me. Tractus vt supra. Sc̃m Iohannẽ. vij

In illo tempore. Miserũt principes ⁊ pharisei ministros vt apprehenderent ihesum. Dixit ergo eis ihesus. Adhuc modicũ tẽpus vobiscum sum: ⁊ vado ad eum qui misit me. Queritis me ⁊ non inuenietis ⁊ vbi sum ego vos non potestis venire. Dixerũt ergo iudei ad semetipos Quomodo hic iturꝰ est. quia nõ inueniemus eũ. Nunquid in dispersionem gentium iturus est ⁊ docturꝰ gẽtes. Quis est hic sermo quem dixit. Queritis me ⁊ nõ inuenietis ⁊ vbi sum ego: vos non potestis venire. In nouissimo aũt die magno festiuitatis stabat ihesus ⁊ clamabat dicens. Si quis sitit veniat ad me ⁊ bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura: flumina de ventre eius fluent aque viue. Hoc autez dixit de spiritu: quem accepturi erant credentes in eum. Offertorium Domine conuertere ⁊ eripe aiam meam saluum me fac propter misericordiam tuam. Secreta. Conce de domine deꝰ noster: vt hec hostia salutaris: ⁊ nostrorum fiat purgatio delictor: ⁊ tue propiciatio maiestatis. Per dñm. Cõmu. Dominus virtutum ipse est rex glorie. Complen. Sacramenti tui quesumus domine participatio salutaris ⁊ purificationem nobis tribuat ⁊ medelam. Per. Super populum Oa quesumus domine populo tuo salutez mentis ⁊ corporis vt bonis operibus inherendo: tua semper mereatur protectione defendi. Per

Feria tercia Introitus. Expecta dominum ⁊ viriliter age ⁊ confortetur cor tuum ⁊ sustine dominũ. ps. Dominus illuminatio mea ⁊ salus mea quẽ timebo. Orõ.

Ostra tibi quesumus domine sint accepta ieiunia que nos ⁊ expiando gratia tua dignos efficiant ⁊ ad remedia perducant eterna. Per dñm. Lectio Danielis pphete xiiij.

In diebus illis. Congregati sunt babilonij ad regez ⁊ dixerunt ei. Trade nobis danielem qui bel destruxit: ⁊ draconem interfecit. Alioquin interficiemus te ⁊ domum tuam vidit ergo rex ꝙ irruerent in eum vehemẽter: ⁊ necessitate

compulsus:tradidit eis danielem. Qui miserunt eum in lacum leonū:t erat ibi sex dieb⁹. Porro in lacu erant leones septem: t dabātur eis quottidie duo corpora t due oues: t tūc nō data sunt eis vt devorarēt danielem. Erat aūt abbacuc pphēta in iudea: t ipse coxerat pulmentum t intriverat panes in alveolo t ibat in campum vt ferret messoribus. Dixitq; angelus dñi ad abbacuc. Fer prāndium quod habes danieli in babilonem:qui est in lacu leonum t dixit abacuc. Dñe babilonem non vidi:t lacum nescio. Et apprehendit eum angelus domini in vertice eius:t portavit eū capillo capitis sui.posuitq; eum in babilonem super lacū in impetu spiritus sui. Et clamavit abacuc dicēs. Daniel serve dei Tolle prandiū quod misit tibi deus. Et ait daniel. Recordat⁹ es enim mei dñs deus meus: t non dereliquisti diligētes te: surgēsq; daniel comedit. Porro angel⁹ dñi restituit abacuc confestim in locū suum. Venit ergo rex die septimo vt lugeret danielem. Et venit ad lacū t introspexit. Et ecce daniel sedens in medio leonum:t exclamavit voce magna rex dicens Magnus es dñe deus danielis: t extraxit eū de lacu leonū. Illos aūt qui perditionis eius causa fuerāt intromisit in lacū: t devorati sunt in momēto coram eo. Tunc rex ait. Paveāt oēs in vniversa terra habitantes deum danielis: quia ipe est liberator t salvator: faciens signa in celo t in terra: qui liberavit danielem de lacu leonum.

Diiscerne causam meam **Grad.** domine ab homine iniquo t doloso eripe me. **℣.** Emitte lucem tuam et veritatem tuam ipsa me deduxerūt t adduxerunt in montē sanctū tuū.

Sc̄m Johannē. ca. vij.

In illo tempore. Ambulabat ihesus in galileam non enī volebat in iudeam ambulare: quia querebant eum iudei interficere. Erat enim in proximo dies festus iudeorū sceno phegia:dixerūt ergo ad eū fratres eius. Transi hinc: t vade in iudeam: vt t discipuli tui videant opera tua:que facis. Nemo quippe in occulto aliquid facit:t querit ipe in palam esse Si hec facis manifesta te ipm mūdo:neq; enī fratres ei⁹ credebant in eum. Dixit ergo eis ihesus. Tempus meū nondū aduenit: tempus aūt vestrum semper est paratum. Non pōt mundus odisse vos:me autem odit:quia ego testimoniū perhibeo de illo: quia opera eius mala sunt. Vos ascēdite ad diem festum hunc: ego aūt non ascendā ad diem festum istum quia tempus meum nondum impletum est. Hec cum dixisset ipse mansit in galilea: vt autem ascēderūt fratres ei⁹:tūc t ipse ascēdit ad diē festū nō mānifeste sed quasi i occulto. Judei ergo

querebant eum in die festo et dicebãt. Vbi est ille: ⁊ murmur multus erat de eo in turba. Quidam enim dicebant: quia bonus est. Alij aũt dicebãt nõ: sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebat de illo ꝓpter metũ iudeorũ. **Offerto.** Sperent in te omnes qui nouerũt nomen tuum dñe: quoniam non derelinquis querentes te: psallite dño qui habitat in syon: quoniaz non est oblitus orationẽ pauperꝝ. **Secre.** Hostias tibi dñe deferimꝰ immolandas: que tẽporali consolatione ita nos letificẽt vt pro. missa certius speremus eterna Per. **Cõmu.** Redime me deus israhel ex omnibus angustijs meis. Da nobis quesumꝰ **Compl.** omnipotens deus vt que diuina sunt iugiter exequentes donis mereamur celestibus propinquare. Per. **Sup populũ** Da nobis qs dñe per- **oratio** seuerantem in tua volũtate famulatũ: vt in diebus nostris ⁊ merito ⁊ numero populus tibi seruiens augeat. Per dñm.

Feria quarta Introitus Liberator meus de gentibus iracundis ab insurgẽtibus in me exaltabis me a viro iniquo eripies me dñe. **ps.** Diligam te domie virtus mea: dñs firmatũ meum ⁊ refugiuz meum. Gloria patri ⁊ filio. **Oro.** Sanctificato hoc ieiunio deus tuorum corda fideliũ miserator illustra: ⁊ quibus deuotionis prestas affectum: prebe supplicantibus pium be nignus auditum. Per dominũ

Lectio libri Leuitici. xviiij.ca. In diebus illis. Locutꝰ est dominꝰ ad moysen dicẽs Ego dñs deus vester. Non facietis furtũ: non mentiemini: nec decipiat vnusquisq; proximũ suũ. non periurabis in nomine meo: nec pollues nomẽ dei tui: ego dñs: non facies calũniã proximo tuo: nec vi opprimes eũ: non morabit opus mercenarij tui apd te vsqz mane: non maledices surdo: nec coram ceco pones offendiculũ: sed timebis dñm deũ tuum quia ego sum dñs: non facies quod iniquũ est: nec iniuste iudicabis: non considerespersonã pauperis: nec honores vultũ potentis. Juste iudica proximo tuo: non eris criminator: nec susurro in populis: nõ stabis cõtra sanguinẽ proximi tui Ego dñs: non oderis fratrem tuũ in corde tuo: sed publice argue eũ: ne habeas sup illo peccatũ: non queras vltionẽ: nec memor eris iniurie ciuiũ tuoꝝ Diliges amicũ tuũ sicut teipm Ego dñs. Leges meas custodite. Ego eñ dñs deus vester. **Grad.** Exaltabo te domine quoniam suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me. **℣.** Domine deus meus clamaui ad te ⁊ sanasti me domine abstraxisti ab inferis animam meam saluasti me a descendentibus in lacum. **Tractus.** Domine non scdm peccata nostra facias nobis neqz scdm. **vt supra.**

Scom Johannem.x.capit.

In illo tempore. Facta sūt encenia in hierosolimis:7 hyems erat. Et ambulabat ihesus in tēplo in porticu salomonis. Circūdederunt ergo eum iudei:et dicebant ei. Quousqz animā nostraz tollis? Si tu es christus dic nobis palam? Respōdit eis ihesus. Loquor vobis 7 non creditis. Opera que ego facio in nomīe patris mei hec testimoniuz perhibent de me. Sz vos nō creditz:quia nō estis ex ouib9 meis. Oues mee vocem meam audiūt:7 ego cognosco eas.7 sequūtur me. Et ego vitam eternā do eis:et nō peribūt in eternuz.7 non rapiet eas quisqz de manu mea. Pater me9 quod dedit michi maius est oīnibus:et nemo potest rapere de manu pris mei. Ego 7 pater vnum sumus. Sustulerunt ergo lapides iudei vt lapidarent eum. Respōdit eis ihesus. Multa bona opera ostendi vobis ex pre meo:ppter qd eoruz opus me lapidatis. Responderūt ei iudei. De bono opere non lapidam9 te:sed de blasphemia. Et quia tu homo cum sis:facis teipsum deū. Respondit eis ihesus. Nonne scriptū est in lege vestra:quia ego dixi dij estz? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est:7 non potest solui scriptura:quē pater sanctificauit 7 misit in mūduz. Vos dicitis:quia blasphemas.quia dixi fili9 dei sum. Si nō facio opera patris mei:nolite credere michi. Si autez facio:7 si michi non vultis credere:operibus credite. vt cognoscatis et credatis quia pater in me est:7 ego in patre. Ofierto

Eripe me de inimicis meis de9 meus:et ab insurgētib9 in me libera me domine. Secre. Annue nobis misericors de9:vt hostias placatiōis 7 laudis sincero tibi offeramus obsequio. Per dnm.

Lauabo inter innocentes Cōmu. manus meas:et circūdabo altare tuum domine. vt audiam vocem laudis tue:et enarrem vniuersa mirabilia tua. Cōplē. Celestis doni benedictione percepta supplices te deus oīnipotens depcamur vt hoc idem nobis et sacramēti causa sit 7 salutis. Per dominum. Super populuz oratio.

Adesto supplicatōib9 nostris oīnipotēs de9:et qbus fiduciā sperāde pietatis indulges:cōsuete misericordie tribue benignus effectum. Per dnm no.

Feria quinta Introitus.

Omnia que fecisti nobis domine in vero iudicio fecisti:quia peccauimus tibi:et mādatis tuis non obediuimus. sed da gloriaz nomini tuo et fac nobiscuz scōm multitudinē misericordie tue. ps Beati imaculati i via:qui ambulāt in lege dni. Ofo.

Oresta quesum9 omnipotens de9:vt dignitas cōditiōis humane per inoderantiam sauciata:medicinalis parsimonie studio reformet. Per

Lectio Danielis pphete. iij.c.

In diebus illis: Dixit daniel ad dñm dicés. Domine deꝰ noster: ne despicias populũ tuũ ꝓpter nomen tuũ. Et ne dissipes testamentũ tuũ: neq; auferas misericordiã tuã a nobis ꝓpter abrahã dilectuz tuum: et ysaac seruũ tuuz: et israhel sanctũ tuũ. quibus locutus es pollicés qꝺ multiplicares semen eorũ sicut stellas celi: et sicut arenaz que in littore maris est. quia domie iminuti sumus plusq; omnes gentes. Sumusq; hũiles in vniuersa terra hodie ꝓpter peccata nra. Et non est in tpe hoc princeps et dux et ꝓpheta. neq; holocaustum: neq; sacrificiũ: neq; oblatio: neq; incensum: neq; locus primiciarum corã te. vt possimꝰ inuenire misericordiam. Sed in animo cõtrito et spiritu hũilitatis suscipiamur: sicut i holocausto arietum et thaurorũ. Et sicut in milibus agnorũ pinguiũ: sic fiat sacrificiũ nostrum in conspectu tuo hodie: vt placeat tibi. quoniã non est cõfusio cõfidẽtibꝰ in te. Et nũc sequimur te i toto corde et timemꝰ te: et querimus faciem tuã. ne cõfundas nos: sed fac nobiscũ iuxta mansuetudinẽ tuã: et scdm multitudinẽ misericordie tue. Et erue nos in mirabilibꝰ tuis: et da gloriam nomi tuo domie. Et confundãtur omnes qui ostendũt seruis tuis mala. Cõfundantur in oñi potentia: et robur eorũ cõteratur. Et sciant qz tu es dominus deus solus. et gloriosus super orbem terraꝝ: domie deus noster. **Grad.** Tollite hostias et introite in atria eius: adorate dominũ in aula sancta eius. ℣. Revelabit dominꝰ condensa: et in templo eiꝰ oñes dicent gloriam. **Scom Lucam.xx.** In illo tempe. Factum est in vna dierũ: docente ihesu populũ in templo et euãgelizante: cõuenerũt principes sacerdotuz et scribe cũ senioribus: et aiunt dicentes ad illum. Dic nobis in qua potesta te hec facis: aut quis est qui dedit tibi hãc potestatẽ? Respondens autẽ ihesus dixit ad illos. Interrogabo vos et ego vnũ verbũ. Respõdete michi. baptismuz iohãnis de celo erat: an ex hominibus? At illi cogitabant intra se dicentes. Quia si dixerimus de celo: dicet. Quare ergo nó credidistis illi. Si aũt dixerimꝰ ex hominibus: plebs vniuersa lapidabit nos. certi sũt eĩ iohannẽ ꝓphetã esse. Et respõderũt se nescire vnde esset. Et ihesus ait illis. Neq; ego dico vobis in qua potestate hec facio. **Offerto.** Super flumina babilonis illic sedimus et fleuimns: dũ recordaremur tui syon. **Secreta.** Suscipe quesumꝰ domie hostiam redemptiõis humane: et salutem mentis et corpis opare placatus. ꝑ dñm. **Comu.** Memento verbi tui seruo tuo domine: in quo michi spem dedisti: hec me consolata est in humilitate mea. **Compl.** Quod ore sumpsimꝰ

domine pura mente capiam⁹: ⁊ de munere tempozali fiat nobis remediū sempiternū. ℙer dñm. **Super populuz oratio.**

Esto quesum⁹ domie ppicius plebi tue: vt q̄ tibi nō placēt respuentes: tuoz potius repleā tur delectatōibus mandatoz̄. ℙer do. **Feria sexta Introit⁹.**

MIserere michi domine quoniam tribuloz. libera me ⁊ eripe me de manibus inimicoz meoz. et a persequētibus me domie non cōfundar: quoniā inuocaui te. ℘s. In te domine speraui nō cōfundar in eternū in iusticia tua libera me. **Oratio**

OOrdibus nostris quesumus domie gratiā tuā benignus infunde: vt peccata nostra castigatōe voluntaria cohibentes: tempaliter potius maceremur: q̄ supplicijs deputemur eternis. ℙer dñm nostz. **Lectio Jheremie pphete.** xviij

IN diebus illis: dixit iheremias. Domine oīes qui te derelinquūt cōfundent̄. Recedentes a te in terra scribent̄: quoniā dereliquerūt venā aq̄rum viuentiū dominū. Sana me domie et sanaboz. saluū me fac ⁊ saluus ero: quoniam laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me. Ubi est verbū domini: veniat. Et ego nō sum turbat⁹: te pastoz̄ sequēs: ⁊ diem hominis nō desideraui Tu scis q̄ egressum est de labijs meis: rectū in cōspectu tuo fuit. Nō sis michi tu formidini. Spes mea tu in die afflictōis. Confundant̄ qui me persequūtur: ⁊ non cōfundar ego. ℙaueāt illi: ⁊ non paueaz ego. Induc super eos diem afflictōis. Et duplici contritione cōtere eos: dñe deus noster. **Grad.** Pacifice loquebantur michi inimici mei: ⁊ ira molesti erāt michi. ℣ Uidisti dñe de⁹ me⁹ ne sileas ne discedas a me. **Tract⁹ vt s**

TScōm Johannē. xj. capi.

IN illo tēpoze. Collegerūt pontifices et pharisei cōcilium et dicebāt. Quid facimus: quia hic hō multa signa facit? Si dimittim⁹ eū sic: oīes credēt in eum. et venient romani: ⁊ tollent nostrū locū et gentē. Un⁹ autem ex ipis cayphas nomie cum esset pontifex anni illi⁹ dixit eis. Uos nescitz quicq̄: nec cogitatis. Quia expedit vobis vt vn⁹ moriat̄ hō pro populo: et non tota gens pereat. Hoc autez a semetipo non dixit. Sed cum esset pontifex anni illius. pphetauit quia ihesus moriturus erat p gente. Et nō tantuz pro gente: sed vt filios dei qui erant dispersi: cōgregaret in vnū. Ab illo ergo die cogitauerūt: vt interficerent euz Jhesus autē iaz nō in palā ambulabat apud iudeos: sed abijt in regionē iuxta desertū: in ciuitatez que dicitur ephrem. et ibi morabatur cuz discipulis suis. **Benedictus** es domie **Offerto.** doce me iusticatōes tuas: ⁊ nō tradas calūniantibus me superbis. ⁊ respondebo exprobrātibus michi verbum. **Secre.** Presta nobis mih

sericors de⁹: vt digne tuis ser/
uire semp altarib⁹ mereamur:
et eorum perpetua participatio
ne saluari. ℙer dñm no. Cõm.
Ne tradideris me domine in aias
persequentiũ me: quia insurrexerũt i
me testes iniqui: & mentita est iniqui
tas sibi. Cõpleñ. Sumpti sacri/
ficij domine perpetua nos tui/
tio non relinqt: & noxia semper
a nobis cũcta depellat. ℙer do
minũ. Super populũ oratio.
Concede quesum⁹ oñipotẽs
deus: vt qui protectõis tue gra
tiam querimus: liberati a malis
omnibus secura tibi mente ser
uiamus. ℙer do. Sabbato In
troitus. Judica me deus. per to/
tum: ꝑter tractum. Oratio.
Proficiat ꝙs dñe plebs ti/
bi dicata pie deuotõis af/
fectu. vt sacris actionibus eru/
dita: quãto tue maiestati fit gra
tior: tanto donis potiorib⁹ au/
geatur. ℙer dñm. Lectio Jhe/
In di/ remie ꝓphete. xviij.
ebus illis. Dixerunt impij
iudei adinuicẽ. Uenite cogite/
mus contra iustum cogitatiões
Non enim peribit lex a sacerdo/
te: nec consilium a sapiente: nec
sermo a ꝓpheta. Uenite percu
tiamus eum lingua: & non attẽ
damus ad vniuersos sermões
eius. Attende domie ad me: et
audi vocem aduersariorꝫ meo
rum. Nũquid redditur pro bo
no malum: quia foderũt foue/
am aie mee? Recordare quod
steterim in cõspectu tuo: vt lo/
querer pro eis bonum: et auer
terem indignatõnem tuam ab
eis. ℙropterea da filios eorum
in famẽ: et deduc eos in man⁹
gladij. Fiant uxores eorum absq
liberis & vidue: & viri earum
interficiãtur morte. Juuenes
eorum confodiãtur gladio: in
prelio audiat clamor de domi
bus eorum. Adduces sup eos
latronẽ repente: quia foderũt
foueam vt caperent me. Et la/
queos abscõderũt pedib⁹ me/
is: tu autẽ domie scis omne cõ/
silium eorum aduersum me in
mortem. Ne ꝓpicieris iniquita
ti eorum: & peccatum eorũ a fa
cie tua non deleat. Fiãt corru/
entes in conspectu tuo: in tem
pore furoris tui: domine deus
meus. Scõm Johannẽ. xvij.
In illo tempe. Subleuatis
ihesus oculis in celum di/
xit. ℙater: venit hora. clarifica
filium tuum: vt filius tuus cla/
rificet te. Sicut dedisti ei pote
statem omnis carnis. vt omne
qd dedisti ei: det eis vitam eter/
nam. Hec est autẽ vita eterna
vt cognoscãt te solũ verũ de/
um: & quem misisti ihesum chri/
stum. Ego te clarificaui sup ter
ram. opus cõsũmaui quod de/
disti michi vt faciam. Et nunc
clarifica me tu pat apud temet
ipm claritate quam habui priusq
mũdus fieret apud te. Ma/
nifestaui nomen tuum hominib⁹
bus quos dedisti michi de mũ/
do. Tui erant et michi eos de/
disti: & sermonem meũ seruaue
rũt. Nũc cognouerũt quia om

nia que dedisti mihi abs te sūt quia verba que dedisti mihi dedi eis: & ipsi acceperunt & cognouerūt quia a te exiui: & crediderūt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo nō pro mūdo: sz p his quos dedisti mihi: quia tui sunt. Et omnia mea tua sūt & tua mea sunt: & clarificat9 suz in eis. Et iam non sum in mundo & hij in mundo sunt: & ego ad te venio. Pater sancte: serua eos in noīe tuo: quos dedisti mihi vt sint vnū sicut & nos Cum essem cum eis: ego seruabam eos i noīe tuo. Quos dedisti mihi custodiui: & nemo ex his perijt nisi filius perditiōis: vt scriptura impleat. Nūc aūt ad te venio: & hec loquor i mūdo: vt habeant gaudiū meū impletū i semetipsis. Et dedi eis sermonē tuum: & mundus eos odio habuit: quia non sunt de mūdo: sicut & ego non sum de mūdo. Nō rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo. De mundo non sunt: sicut & ego nō sum de mundo. Sanctifica eos i veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundū: & ego misi eos in mundū: & pro eis sanctificabo meipsuz vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Non p his autē rogo tm̄: sed & pro eis qui credituri sunt per verbuz eorum in me: vt omnes vnuz sint sicut tu pater in me & ego in te: vt & ipi in nobis vnū sint vt mundus credat: quia tu me misisti. Et ego claritatē quā dedisti mihi dedi eis vt sint vnū sicut & nos vnū sumus. Ego i eis & tu in me: vt sint consumati in vnū. Et cognoscat mundus quia tu me misisti: & dilexisti eos: sicut & me dilexisti. Pater. volo quos dedisti mihi: vt vbi ego sum: & illi sint mecum: vt videant claritatez meā quā dedisti mihi: qz dilexisti me ante constitutionē mūdi. Pater iuste: mundus te non cognouit: & hij cognouerunt: quia tu me misisti. Et notū feci eis nomen tuū: & notum faciaz vt dilectio qua dilexisti me in ipsis sit: & ego in ipsis. Secreta.

A cunctis nos quesumus domine reatibus & periculis propiciat9 absolue: quos tanti mysterij tribuis esse pcortes. Per

Diuini muneris Compleñ.

largitate saciati quesumus domine deus noster: vt hui9 participatione semper viuamus. Per dñm. Sup pplm oratio.

Tueat quesumus domine dextera tua populū tuum deprecantem: & purificatum dignanter erudiat vt consolatione p̄senti ad futura bona proficiat. Per dñm. Dominica i ramis palmarū. Finita tercia fiat processio solēnis in qua conueniunt clerus & populus cum ramis palmarū obuiam: aliarūqz arborum & pontifex preparet se cum ministris & cruce aqua benedicta & thuribulo ordinatis & procedat ad chorum: tunc

incipiēt chorari. ℟. Fratres mei subsequentibus alijs responsorijs quo aduscꝫ peruenerit ad ecclesiam vbi rami predictarū arborū sunt benedicendi: cūcꝫ ibi fuerint pontifex primo benedicat sal ⁊ aquaz: postea media voce dicat. Dominus vobiscum. Oratio Deus quez diligere ⁊ amare. vt supra in pōtificali habetur. Qua finita legat subdiaconus. Lectio libri

IN diebus illis. Exodi. xv. Venerunt filij israel in helim vbi erāt duodecim fontes aquarū: ⁊ septuaginta palme: ⁊ castrametati sunt iuxta aquas profectiꝫ de helim venit omnis multitudo filiorum israel in desertum sin: quod est inter helim ⁊ synai: quintadecima die mensis secundi: postcꝫ egressi sunt de terra egypti: ⁊ murmurauit omnis congregatio filiorum israel contra moysen ⁊ aaron in solitudine. dixerūtcꝫ ad eos. Filij israel. Vtinā mortui essemus per manum domini in terra egypti quādo sedebamus super ollas carnium: et comedebamus panem in saturitate. Cur induxistis nos in desertum istud: vt occideretis omnem multitudinem fame. Dixitcꝫ dominus ad moysen. Ecce ego pluam vobis panes de celo. Egrediat̄ populus ⁊ colligat que sufficiunt per singulos dies vt temptem eū: vtrū ambulet in lege mea an nō. die autem sexta parent quod inferant. Et sit duplum cꝫ colligere solebant per singulos dies. Dixerūtcꝫ moyses ⁊ aaron ad oēs filios israhel vespere scietis quod dominus eduxerit vos de terra egypti ⁊ mane videbitis gloriam domini. Audiui enim murmur vestrū contra dominum. Nos vero quid sumus quia musitastis cōtra nos. Et ait moyses. dabit dominus vobis vespere carnes edere ⁊ mane panes in saturitate: eo q audierit murmurationes vestras quibus murmurati estis contra eum: nos enim quid sumus: nec contra nos est murmur vestrum: sed contra dominū. Dixitcꝫ moyses ad aaron. Dic vniuerse cōgregationi filiorum israhel. accedite coram dño: audiuit enim murmur vestrū. Cūcꝫ loqueret̄ aaron ad omnem cetum filiorum israhel. Respexerūt ad solitudinem. Et ecce gloria domini apparuit in nube. ℣. Perlecta lectione chorus cātet Tractum. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. ℟. Dicant nunc israel̄ sepe expugnauerunt me a iuuentute me. ℣. Etenim non potuerunt mihi supra dorsum meum fabricauerūt peccatores. ℟. Prolongauerunt iniquitatem sibi dominus iustus concidet ceruices peccatorum. Scōm

IN illo tem. Marcū. ca. xj. pore. Cum appropinquaret iheſus hierosolyme et bethanie ad montem oliuarum: mittit duos ex discipulis suis ⁊

ait illis. Ite in castellum quod contra vos est ⁊ statim introeuntes illuc inuenietis pullum ligatum: super quem nemo adhuc hominum sedit: soluite illum ⁊ adducite: ⁊ si quis vobis dixerit quid facitis. Dicite: quia domino necessarius est: ⁊ continuo illum dimittet huc: ⁊ abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in bitio: ⁊ soluunt eum: ⁊ quidã de illic stantib⁹ dicebãt illis Quid facitis soluentes pullum. Qui dixerunt eis: sicut preceperat illis ihesus ⁊ dimiserunt illis. Et duxerunt pullum ad ihesum ⁊ imponunt illi vestimẽta sua ⁊ sedit sup eũ. Multi aũt vestimenta sua straverũt in via: alij aũt frondes cedebant de arboribus ⁊ sternebant in via. Et q̃ preibant ⁊ qui sequebant̃ clamabant dicentes. Osanna benedictus qui venit in nomine domini: benedictum quod venit regnum patris nostri dauid Osanna in excelsis. **Tunc immediate benedicat põtifex ramos supradictarũ arborũ hoc modo.** Exorciso te omnis creatura florum ⁊ frondiũ vel palmarum seu oliuarum in nomine patris. **vt supra in pontificali ponitur per ordinem. Quibus omnibus finitis incipiat officium misse.**



Omine ne longe facias auxilium tuum a me: ad defensionem meam aspice: libera me de ore leonis ⁊ a cornibus vnicornium humilitatẽ meam. ℣. Deus de⁹ me⁹ respice in me quare me dereliquisti longe a salute mea. **Oratio.** Omnipotens sempiterne de⁹ qui humano generi ad imitandum humanitatis exemplũ saluatorẽ nostrũ carnẽ assũmere ⁊ crucem subire voluisti: cõcede propicio⁹ vt ⁊ paciẽtie habere documenta: ⁊ resurrectionis consortia mereamur. ℔ eundem dñm. **que sola dicat̃.**

Lectio epĩe ad philippẽn. ij.

Fratres hoc enim sentite in vobis quod ⁊ in xpo ihesu: qui cũ in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudinẽ hominũ factus ⁊ habitu inuẽtus vt homo humiliauit seipsum factus obediens vsq; ad mortẽ: mortem aũt crucis: propter quod ⁊ deus illũ exaltauit ⁊ donauit illi nomẽ q̃ est super omne nomen: vt in nomĩe ihesu omne genu flectat̃: celestiũ: terrestriũ ⁊ infernorum: ⁊ omnis lingua confiteatur quia dominus ihesus xps in gloria est dei patris.

Grad. Tenuisti manũ dexteram

meã in voluntate tua deduxisti me ⁊ cũ gloria assumpsisti me. ℣. Quaz bonus israel deus rectis corde: mei aũt pene moti sũt: pedes pene effusi sunt gressus mei quia zelaui in peccatoribus pacem peccatoz videns.

Tractus. Deus deus meꝰ respice in me quare me dereliquisti. ℣. Longe a salute mea verba delictorũ meorũ. ℣. Deus meus clamabo per diem nec exaudias ⁊ nocte: ⁊ nõ ad insipientiam mihi. ℣. Tu aũt in sancto habitas laus israel. ℣. In te speraverunt patres nostri speraverunt ⁊ liberasti eos. ℣. Ad te clamauerũt ⁊ salui facti sunt: in te speraverunt ⁊ non sunt confusi. ℣. Ego aũt sum vermis ⁊ non homo obprobriũ hominũ ⁊ abiectio plebis. ℣. Omnes qui videbant me aspernabant̃ me: locuti sunt labijs ⁊ mouerunt caput. ℣. Speravit in dño eripiat eũ saluũ faciat eum quoniã vult eũ. ℣. Ipsi vero considerauerunt ⁊ cõspexerunt me. diviserunt sibi vestimenta mea: ⁊ super vestem meã miserũt sortem. ℣. Libera me de ore leonis ⁊ a cornibus vnicorniũ humilitatez meã. ℣. Qui timetis dñm laudate eũ vniuersuz semen iacob glorificate eũ. ℣. Annũciabit̃ domino generatio ventura: ⁊ annũciabunt celi iusticiam eius. ℣. Populo qui nascet̃ quem fecit dñs. **Passio dñi absq; benedictione. Et dñs vobiscũ Et luminaribus ⁊ incenso absolute incipit̃. Nec respondet̃ Gloria tibi dñe. Peruento tñ ad partem illã que in tono euãgelij legit̃: benedictio petit̃ et incensuz portat̃ ad euangeliũ. sed non sexta feria. Passio dñi nostri ihesu xpi scõm matheũ.**

In illo tẽpore dixit xpus. dñs ihesus discipulis suis Scitis quia post biduz pasca fiet: ⁊ filius hominis tradet̃ vt crucifigat̃. Tunc congregati sunt principes sacerdotũ ⁊ seniores populi in atriũ principis sacerdotũ qui dicebat̃ cayphas: ⁊ consiliũ fecerunt vt ihesum dolo tenerent ⁊ occiderẽt Dicebãt aũt. Non in die festo ne forte tumultus fieret in populo. Cum aũt esset ihesus in bethania in domo symõis leprosi: accessit ad eum mulier habẽs alabastrum vnguenti pretiosi ⁊ effudit super caput ipsius recumbentis: videntes aũt discipuli indignati sunt dicentes. Ut quid perditio hec: potuit enim istud venundari multo: ⁊ dari pauperibus. Sciẽs aũt ihesus ait illis: qd molesti estis huic mulieri: opus enim bonũ opata est in me. Nã semp pauperes habetis vobiscũ: me aũt nõ semper habebitis. Mittẽs enim hec vngentũ hoc in corpus meum: ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis: vbicũq; predicatũ fuerit hoc euãgelium in toto mũdo dicet̃: ⁊ qd hec fecit in memoriã eiꝰ. Tũc abijt vnꝰ de duodecim qui dicebat̃ iudas scarioth ad principes sacerdotũ: ⁊ ait illis. Quid vultis mihi dare: ⁊ ego vobis eum

tradam: ¶ At illi constituerunt ei triginta argenteos: ⁊ exinde querebat oportunitatē vt eum traderet. ¶ Prima autem die azimorum: accesserunt discipuli ad ihesum dicentes. Vbi vis paremus tibi comedere pascha: ¶ At ihesus dixit. Ite in ciuitatem ad quendaz ⁊ dicite ei. Magister dicit. Tē pus meum prope est: apud te facio pascha cuz discipulis meis: ⁊ fecerūt discipuli sicut cōstituit illis ihesus: ⁊ parauerūt pascha. Vespere aūt facto: discūbebat cum duodecim discipulis suis: ⁊ edentibus illis dixit. Amen dico vobis: quia vnus vestrū me tradituꝝ est ⁊ contristati valde: ceperunt singuli dicere. Nunquid ego sum domine: ¶ At ipse respondens ait. Qui intingit mecuz manum in parapsīde. hic me tradet. Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de illo. Ve autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonū erat ei si natus non fuisset homo ille. Respōdens autem iudas qui tradidit eū dixit. Nunquid ego suz rabbi: ¶ Ait illi. Tu dixisti. Le nantibus aūt illis: accepit ihs panem: ⁊ benedixit ac fregit: dixitqz discipulis suis ⁊ ait Accipite ⁊ cōmedite: hoc est coꝛ pus meum. Et accipiens calicem gratias egit ⁊ dedit illis dicens. Bibite ex hoc omnes Hic est enim sanguis meus noui testamenti: qui pro multis effundet in remissionem peccatoruz. Dico autem vobis: non bibam ammodo de hoc genimine vitis vsqz in illum diem: cum illud bibaz vobiscum nouum in regno patris mei. Et hymno dicto exierunt in montē oliueti. Tūc dicit illis ihesus. Omnes vos scandaluz patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim percutiaz pastoꝛem: ⁊ dispergent oues gregis. Postquaz aūt resurrexero: precedā vos in galileam. Respondens autez petrus ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint in te: ego nunquā scandalizaboꝛ. Ait illi ihesus. Amen dico tibi: quia in hac nocte antequaz gallus cantet: ter me negabis. Ait illi petrus. Etiam si oportuerit me mori tecum: non te negabo. Similiter ⁊ omnes discipuli dixerūt. Tunc venit ihesus cum illis in villam que dicitur gethsemani: ⁊ dixit discipulis suis. Sedete hic: donec vadaz illuc ⁊ oꝛem. Et assumpto petro ⁊ duobus filijs zebedei: cepit contristari ⁊ mestus esse. Tūc ait illis. Tristis est anima mea vsqz ad mortē Sustinete hic ⁊ vigilate mecum: ⁊ progressus pusillum: procidit in faciem suaz oꝛans

ꝛ dicens. Odi pater: si possibile est transeat a me calix iste. Uerūtamen nō sicut ego volo: sed sicut tu. Et venit ad discipulos: ꝛ inuenit eos dormientes. Et dixit petro. Sic nō potuisti vna ꝯa vigilare mecū? Uigilate ꝛ orate: vt nō intretis in temptationē. Spiritus quidem promptus est: caro autem infirma. Iterū secūdo abijt: ꝛ orauit dicens. Pater mi: si non potest hic calix transire nisi bibam illū. Fiat voluntas tua. Et venit iterū ꝛ inuenit eos dormiētes. Erāt enim oculi eorum grauati: et relictis illis: iteruꝫ abijt ꝛ orauit tercio eundem sermonem dicens. Tunc venit ad discipulos suos: ꝛ dicit illis. Dormite iam ꝛ requiescite. Ecce appropinquabit ꝯa ꝛ filius hominis tradetur in manus peccatoruꝫ. Surgite eamus Ecce appropīquabit: qui me tradet. Adhuc ipso loquente ecce iudas vnus de duodeci venit: ꝛ cum eo turba multa cum gladijs ꝛ fustibus: missi a principibus sacerdotum ꝛ senioribus populi. Qui autem tradidit eum: dedit illis signū dicens. Quemcūqꝫ osculatꝰ fuero: ipse est tenete eum. Et confestim accedes ad ihesum dixit. Aue rabbi. Et osculatus est eū. Dixitqꝫ illi ihesus Amice ad quid venisti? Tunc accesserunt ꝛ manus iniecerūt in ihesum: ꝛ tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his qui erant cum ihesu: extendens manuꝫ exemit gladium suum: ꝛ percutiens seruum principis sacerdotum amputauit ei auriculam eius dexteram. Tunc ait illi ihesus. Conuerte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium: gladio peribūt. An putas quia non possum rogare patrem meum: ꝛ exhibebit mihi modo plus quā duodecim legiones angelorū? Quo modo ergo implebuntur scripture? quia sic oportet fieri. In illa ꝯa dixit ihesus turbis. Tanquam ad latronem existis cum gladijs ꝛ fustibus comprehendere me. Quotti die apud vos sedebā docens in tēplo: ꝛ non me tenuistis. Hoc autem totuꝫ factum est vt adimplerent scripture prophetarum. Tunc omnes di-

scipuli relicto eo fugierunt. At illi tenentes ihesum: duxerunt eum ad cayphā principem sacerdotum: vbi scribe & seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eum a longe vsq; in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro: sedebat cum ministris vt videret finem. Principes autē sacerdotum & omne concilium querebant falsum testimonium contra ihesum vt eum morti traderēt & non inueneruut cum multi falsi testes accessissēt. Nouissime autem venerunt duo falsi testes: & dixerunt. Hic dixit possum destruere templum dei: & post triduum reedificare illud. Et surgens princeps sacerdotum ait illi. Nihil respondes ad ea que isti aduersum te testificantur? Ihesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi. Adiuro te per deum viuū: vt dicas nobis si tu es christus filius dei. Dicit illi ihesus. Tu dixisti. Verumtamen dico vobis: a modo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis dei & venientem in nubibus celi. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua dicens. Blasphemauit. Quid adhuc egem⁹ testib⁹? Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? At illi respondentes dixerūt. Reus est mortis. Tūc exspuerunt in faciē eius: & colaphis eum ceciderunt. Alij autem palmas in faciem eius dederunt dicētes. Prophetiza nobis christe: quis est qui te percussit? Petrus vero foris sedebat in atrio: & accessit ad eū vna ancilla dicens. Et tu cum ihesu galileo eras? At ille negauit: coram omnibus dicēs Nescio quid dicis. Exeūte autem illo ianuam vidit eū alia ancilla: & ait his qui erant ibi: & hic erat cū ihesu nazareno Et iterum negauit cum iuramēto. Quia nō noui hoīem: & post pusillū accesserunt qui stabant: & dixerūt petro. Vere: & tu ex illis es: nā & loquela tua manifestū te facit. Tūc cepit detestari & iurare q̄ nō nouisset hoīem. Et cōtinuo gallus cantauit. Et recordat⁹ est

petrus verbi ihesu quod dixe
rat. priusq; gallꝰ cãtet: ter me
negabis. Et egressus foras
fleuit amare. Mane aũt facto
cõsiliũz inierũt oẽs principes
sacerdotũ ⁊ seniores populi
aduersus ihesum vt euz mor
ti traderẽt. Et vinctum addu
xerunt eum: ⁊ tradiderũt põ
tio pilato presidi. Tunc vi
dens iudas qui eum tradidit
quod damnatus esset penité
tia ductus retulit triginta ar
genteos principibus sacerdo
tum ⁊ senioribus dicẽs. Pec
caui: tradens sanguinem iu
stum. At illi dixerunt: Quid
ad nos tu videris. Et proie
ctis argenteis in templo re
cessit: ⁊ abiens laqueo se sus
pendit. Principes autem sa
cerdotuz acceptis argenteis
dixerunt. Non licet eos mitte
re in corbonam: quia preciuz
sanguinis est. Consilio autez
inito: emerunt ex illis agrum
figuli in sepulturam peregri
norum: propter hoc vocatꝰ
est ager ille achelde mach hoc
est ager sanguinis: vsq; in ho
diernum diem. Tunc imple
tum est quod dictum est per
iheremiam prophetaz dicen
tem. Et acceperũt triginta ar
genteos precium appreciati
quem appreciauerunt a filijs
israhel: ⁊ dederũt eos in agrũ
figuli: sicut constituit mihi do
minus. Ihesus autez stetit an
te presidez: ⁊ interrogauit eũ
preses dicens. Tu es rex iu
deorum? Dicit illi ihesus. Tu
dicis. Et cum accusaretꝰ a prin
cipibus sacerdotum ⁊ a senio
ribus: nihil respondit. Tunc
dicit illi pilatus. Non audis
quanta aduersuz te dicunt te
stimonia? Et nõ respondit ei
ad vllum verbum: ita vt mi
raretꝰ preses vehemẽter. Per
diem autem solẽnem consue
uerat preses dimittere popu
lo vnum vinctum quem vo
luissent: habebat autem tunc
vinctuz insignem: qui diceba
tur barrabas. Qui propter se
ditionez missus fuerat in car
cerem. Congregatis autem
illis: dixit pilatus. Quem vul
tis dimittaz vobis: barraban:
an ihesuz qui dicitur christus
Sciebat enim q̃ per inuidiaz
tradidissent euz. Sedente au
tez illo pro tribunali: misit ad
eum vxor eius dicens. Nihil
tibi ⁊ iusto illi. Multa enim pas
sa sum hodie per visum pro
pter eum. Principes autem
sacerdotuz ⁊ seniores persua
serũt populis vt peteret bar
ban: ihesum vero perderent
Respondens autem preses:
ait illis. Quem vultis vobis
de duobus dimitti? At illi dix
runt. Barraban. Dicit illis pi
latus. Quid igit faciaz de ihe
su qui dicit xps? Dicunt oẽs
Crucifigatur. Ait illis preses.

Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant dicentes. Crucifigatur. Videns autē pilatus quia nihil proficeret: sed magis tumultus fieret: accepta aqua lauit manus coram omni populo dicens. Innocens ego sum a sanguine iusti huius vos videritis. Et respondens vniuersus popul⁹ dixit. Sanguis eius super nos: et super filios nostros. Tunc dimisit illis barrabā: ihesum aūt flagellatū tradidit eis vt crucifigerē Tūc milites p̄sidis suscipiētes ihesum in pretorio congregauerunt ad eum vniuersum cohortem: et exuentes eum clamidem coccineam circūdederūt ei: et plectentes coronam de spinis: posuerunt super capūt ei⁹ et arundinem in dextera eius: et genuflexo ante eum. Illudebant ei dicētes. Aue rex iudeorum. Et expuentes in eum: acceperunt arundinem: et percutiebant caput eius. Et postquā illuserunt ei exuerunt eum clamidem. Et induerunt eum vestimentis eius: et duxerunt eum vt crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt hominem cyreneum: nomine symonem. Hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locum qui dicitur golgotha quod est caluarie locus: et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Et cum gustasset: noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum diuiserunt vestimenta eius: sortem mittentes: vt impleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Diuiserunt sibi vestimenta mea et super vestem meam miserunt sortem: et sedentes seruabant eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam. Hic est ihesus nazarenus rex iudeorum. Tūc crucifixi sunt cum eo duo latrones: vnus a dextris: et vnus a sinistris. Pretereuntes autem blasphemabant eum: mouentes capita sua et dicētes. Vah qui destruis templum dei: et in triduo illud reedificas. Salua temetipsum: si filius dei es: descende de cruce. Similiter et principes sacerdotum illudentes ei cum scribis et senioribus dicebant. Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere. Si rex israhel est descendat nunc de cruce: et credimus ei. Confidit in deo: liberet eum nunc si vult. Dixit enim: quia filius dei sum. Idipsum autem et latrones qui crucifixi erāt cū eo improperabant ei. A sexta aūt hora tenebre facte sunt super vniuersam terram vsq; ad horam nonā: et circa horā nonā clamauit ihūs voce magna dicens. Hely hely lamasabathani: hoc est. Deus meus: deus me⁹ vt quid dereliquisti me Quidā aūt illic stantes et audiētes dicebāt. Helyā vocat iste.

Et continuo currens vnus ex eis:acceptam ſpõgiam impleuit aceto: ⁊ impoſuit arundini ⁊ dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant. Sine:videamus an veniat helyas liberans eum. Jheſus autem iterum clamãs voce magna emiſit ſpiritum ✠ Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes:a ſũmo vſq; deorſum:⁊ terra mota eſt:⁊ petre ſciſſe ſunt:⁊ monumẽta apta ſunt:⁊ multa corpora ſanctorum qui dormierant ſurrexerunt. Et exeuntes de monumẽtis poſt reſurrectionẽ eius venerunt in ſanctam ciuitatem:⁊ apparuerũt multis. Centurio aũt ⁊ qui cũ eo erãt cuſtodientes ihesum:viſo terre motu:⁊ his que fiebant:timuerunt valde dicentes. Vere:filius dei erat iſte. Erant autem ibi mulieres multe a longe que ſecute erãt ieſum a galilea:miniſtrantes ei inter quas erat maria magdalena:⁊ maria iacobi:⁊ ioſeph mater:⁊ mater filiorum zebedei. Cum ſero aũt factus eſſet: venit quidam homo diues ab arimathia nomie ioſeph:qui ⁊ ipſe diſcipulus erat ihesu:hic acceſſit ad pilatum:⁊ petijt corpus ihesu. Tunc pilatus iuſſit reddi corpus. Et accepto corpore ioſeph inuoluit illud i ſyndone munda:⁊ poſuit illud in monumento ſuo nouo:quod exciderat in petra:⁊ aduoluit ſaxum magnum ad hoſtiũ monumenti ⁊ abijt. Erat autez ibi maria magdalene ⁊ altera maria ſedentes contra ſepulchrũ

Hic legitur in tono euangelij.

Altera aũt die que eſt poſt paraſceuen: conuenerunt principes ſacerdotum et phariſei ad pilatum dicentes. Domine:recordati ſumus quia ſeductor ille dixit adhuc viuẽs: poſt tres dies reſurgam. Jube ergo cuſtodiri ſepulchrum vſq; in diẽ tercium:ne forte veniant diſcipuli eius et furentẽ eum: et dicant plebi ſurrexit a mortuis:⁊ erit nouiſſimꝰ error peior priore. Ait illis pilatus. Habetis cuſtodiã:ite cuſtodite ſicut ſcitis. Illi aũt abeũtes munierũt ſepulchrum: ſignantes lapidẽ cum cuſtodibus. Credo dicit.

Improperiũ expecta/uit cor meum ⁊ miſeriam ⁊ ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur ⁊ non fuit conſolantem me queſiui ⁊ non inueni ⁊ dederunt in eſcam meam fel ⁊ in ſiti mea potauerũt me aceto. Be/creta.

Offerto.

Concede queſumꝰ domine vt oculis tue maieſtatis munus oblatum:⁊ gratiam nobis deuotionis obtineat ⁊ effectũ beate perhennitatis acquirat. Per dominũ noſtrũ ihm.

Prefatio. Qui ſalutem. Cõmu.

Pater ſi non poteſt hic calix tranſire niſi bibam illuz fiat voluntas tua

Compleñ.

Per huius domi/ne operationem miſterij ⁊ vicia noſtra purgentẽ ⁊ iuſta deſideria compleantur. Per dñm

Feria secunda Introitus

Judica domine nocentes me: expugna impugnantes me apprehẽde arma & scutum & exurge in adiutoriũ meum domine virtus salutis mee. ℘s. Effunde frameam & conclude aduersus eos qui me persequuntur.

Oratio.

Presta quesumus omnipotens deꝰ: vt qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus intercedente vnigeniti filij tui passione respiremꝰ Qui tecum viuit & regnat in.

Lectio ysaie prophete. ca.l.

Dixit ysaias: dominus deus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico: retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus & genas meas vellentibus. Faciez meam non auerti: ab increpãtibus & conspuentibus in me: dñs deus auxiliator meus: & iõ non sum confusus. Ideo posui faciem meam vt petraz durissimaz: & scio qñ non cõfundar. Juxta est qui iustificat me: quis cõtradicet mihi. Stemus simul. Quis est aduersariꝰ meus: accedat ad me. Ecce dominus deꝰ auxiliatorꝰ meꝰ: Quis est qui cõtemnet me. Ecce omnes quasi vestimentũ cõterentur & tinea comedet eos. Quis ex vobis timens dominũ: Audiens vocez serui eius. Quis ambulauit in tenebris: & nõ est lumen ei. Speret in nomine domini: & innitat super domino deo suo. Immediate incipitur epistola. Lectio zacharie prophete. ca.xj.

Hec dicit dominus deus. Si bonum est in oculis vestris afferte mercedem meam: & si non quiescite. Et appenderũt mercedem meam triginta argenteis: & dixit dominus ad me. Proice illud ad statuarium decorũ precium quo appreciatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos: & proieci illos in domo domini ad statuarium. Et precidi virgam meam secundam que appellabatur funiculus vt dissolucrem germanitatem inter iudam & israhel. Et dixit dominus ad me. Ecce ego ponam iherusalem super liminare crapule omnibus populis in circuitu: sed & iuda erit in obsidione contra iherusalem. Et habitabit iherusalem rursus: in loco suo in iherusalem & saluabit dominus tabernacula iuda: sicut in principio: & erit in die illa effundam super domum dauid: & super habitatores iherusalem spiritum gratie & precez & aspicient ad me quem confixerunt & plangẽt eum planctu quasi super vnigenitum: & dolebunt super eum vt doleri solet in morte primogeniti. In die illa magnus erit planctus in iherusalem: sicut plãctus ad remmon in campo magedon & dicet ei: quid sunt plage iste in medio manuum tuarum. Et dicet his plagatus sum in domo illorum qui diligebant me

framea ſuſcitare ſuper paſtorē meum ⁊ ſuper virum cohērentem mihi. Dicit dñs exercituū Percute paſtorem ⁊ diſpergē tur oues. Et conuertam manū meam ad paruulos ⁊ eruut in omni terra dicit dominꝰ. Partes due in ea diſpergentur: ⁊ deficient ⁊ tercia pars relinquetur in ea: ⁊ ducam terciam partē per ignem: ⁊ vram eos: ſicut vritur argentū: ⁊ probabo eos ſicut probaꝫ aurū. Ipe inuocabit nomen meum ⁊ ego exaudiam eum. Dicam populus meus es: ⁊ ipſe dicet: dñs deus meus. Grad. Ego autez cum mihi moleſti eſſent induebam me cilicio ⁊ humiliabo ī ieiunio animam meaz ⁊ oratio mea in ſinu meo conuerteꝫ. V. Judica dñe nocentes me expugna impugnātes me apprehende arma ⁊ ſcutum ⁊ exurge in adiutoriū mihi. Tractus vt ſupra.

Scōm Johannem. xij.

Ante ſex dies paſce venit ihēſus bethaniam vbi lazarus fuerat mortuus quem ſuſcitauit ihēſus. Fecerunt aūt ei cenaz ibi: ⁊ marta miniſtrabat: lazarus vero vnus erat ex diſcūbentibus cū eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardipiſtici preciosi ⁊ vnxit pedes ihēſu ⁊ extersit capillis ſuis pedes eiꝰ: ⁊ domꝰ impleta eſt ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex diſcipulis eius iudas ſcarioth: qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentū non venijt trecentis denarijs ⁊ datuz eſt egenis. Dixit autē hoc non quia de egenis ad euz pertinebat: ſed quia fur erat ⁊ loculos habens: ⁊ ea que mittebantur portabat. Dixit ergo ihēſus. ſinite illam vt in diez ſepulture mee ſeruet illud. Pauperes enī ſemper vobiſcum habetis: me aūt non ſemper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex iudeis quia lazarus illuc eſt: ⁊ venerunt non ꝓpter ihēſum tantū: ſed vt lazarū viderent quē ſuſcitauit a mortuis. Cogitauerunt ergo principes ſacerdotum vt ⁊ lazaruz interficerent quia multi propter illum abibant ex iudeis: ⁊ credebant in ihēſum. In craſtinū aūt turba multa que venerat ad diem feſtum: cuz audiſſent quia venit ihēſus ihēroſolymam: accepe runt ramos palmarū: ⁊ proceſſerunt obuiam ei. Et clamabāt dicentes. Oſanna benedictus qui venit in nomine domini rex iſrael ⁊ inuenit ihēſus aſellum ⁊ ſedit ſuper euz ſicut ſcriptuz eſt. Noli timere filia ſyon Ecce rex tuꝰ venit tibi ſedens ſuper pullum aſine. Hec non cognouerūt diſcipuli eius primum: ſed quādo glorificatus eſt ihēſus: tunc recordati ſunt quia hec ſcripta erant de eo: ⁊ hec fecerunt ei. Teſtimoniuz ergo phibebat turba que erat cum eo: quādo lazarū vocauit de monumēto ⁊ ſuſcitauit eū a mortuis. Propterea ⁊ obuiaz venit ei turba: qz audierūt euz

feciſſe hoc ſignū. Pharisei ve/
ro dixerunt ad ſemetipos. Vi/
detis quia nichil proficim⁹. ec/
ce mundus totus poſt eū abijt.
Erant aūt gētiles quidā ex his:
qui aſcenderant vt adorarēt in
die feſto. Hij ergo acceſſerunt
ad philippum: qui erat a beth/
ſaida galilee: et rogabant eū di
centes. Domie: volumus ihe/
ſum videre. Venit philipp⁹ et
dicit andree. Andreas rurſum
et philippus dixerunt ad iheſū
Iheſus autez reſpondit eis di/
cens. Venit hora vt clarifice/
tur filius hominis. Amen amē
dico vobis: niſi granū frumē/
ti cadens in terram mortuū fu
erit: ipſuz ſolum manet. Si au
tem mortuū fuerit: multuz fru
ctum affert. Qui amat animaz
ſuā perdet eam: et qui odit ani
mam ſuam in hoc mūdo: in vi
tam eternam cuſtodit eam. Si
quis michi miniſtrat: me ſequa
tur. Et vbi ego ſum illic et mi/
niſter meus erit. Si quis mi/
chi miniſtrauerit: honorifica/
bit eum pater meus. Nunc ani
ma mea turbata eſt: et quid di/
cam: Pater ſaluifica me ex hac
hora: ſed pptereā veni in hanc
horam. Pater clarifica nomē
tuum. Venit ergo vox de celo
dicens. Clarificaui: z iteruz cla/
rificabo. Turba ergo que ſta/
bat z audierat: dicebat tonitru/
um factum eſſe. Alij autez dice/
bant. Angelus ei locut⁹ eſt. Re
ſpondit iheſus z dixit. Non p/
pter me vox hec venit: ſz pro/
pter vos. Nunc iudiciū eſt mū
di: nunc princeps mundi hu/
ius eijcietur foras. Et ego ſi ex
altat⁹ fuero a terra: omnia tra/
ham ad meipſum. Hoc autem
dicebat: ſignificans qua morte
eſſet moriturus. Reſpondit ei
turba. Nos audiuimus ex lege.
quia chriſtus manet in eternū.
z quomō tu dicis: oportet exal/
tari filiuz hominis? Et quis eſt
iſte filius hominis? Dixit ergo
eis iheſus. Adhuc modicuz lu/
men in vobis eſt. ambulate dū
lucem habetis: vt non tenebre
vos comphendant. Et qui am
bulat i tenebris: neſcit quo va/
dat. Dum lucem habetis credi
te in lucē: vt filij lucz ſitis. Hec
locutus eſt iheſus: et abijt et ab
ſcondit ſe ab eis. **Offerto.** Eri
pe me de inimicis meis domie ad te
confugi: doce me facere voluntatem
tuā: quia deus meus es tu. **Secre.**
Hec nos ſacrificia oīpotens
deus potenti virtute munda/
tos: ad ſuum faciant puriores
venire principium. Per dñm
Erubeſcant et reuereātur **Cómu.**
ſimul qui gratulātur malis meis: in/
duantur pudore et reuerētia qui ma
ligna loquūtur aduerſuz me. **Cópl.**
Prebeant nobis domine diui
num tua ſancta feruorem: quo
eorum pariter et actu delecte/
mur z fructu. Per dominū no
ſtrū ihm. **Sup populū oratio.**
Adiuua nos de⁹ ſalutaris no/
ſter: et ad bñficia recoléda qui
bus nos inſtaurare dignat⁹ es
tribue venire gaudētes. Per.

Feria tercia Introitus.

Os autem gloriari oportet in cruce dñi nri ihesu xpi: in quo est sal⁹ vita ⁊ resurrectio nostra. per quē salvati ⁊ liberati sum⁹. ℣. Deus misereatur nostri ⁊ benedicat nobis: illuminet vultū suum super nos ⁊ misereatur nostri. **Oratio.**

OOmnipotēs sēpiterne deus: da nobis ita dominice passionis sacramēta perage re: vt indulgentiā percipe mereamur. ℟. Per eūd. **Lectio Jhe**

IN dieb⁹ **remie pphete. xj.** illis: dixit ihēremias. Domine demonstrasti michi et cognoui. Tu ostendisti michi studia eor̄: ⁊ ego quasi agn⁹ mansuetus qui portat̄ ad victimaz. ⁊ non cognoui quia cogitauerunt super me cōsilia dicentes Mittamus lignū in panē eius: ⁊ eradamus eū de terra viuentium. ⁊ nomen eius nō memoretur amplius. Tu autem dñe sabaoth qui iudicas iuste: ⁊ probas renes ⁊ corda: videam vltionē tuā ex eis. Tibi enī reuelaui causam meaz: dñe de⁹ meus. **Immediate incipit epistola. Lectio libri Sapiētie. ij. cap.**

IN dieb⁹ illis: Dixerūt impij iudei Venite circūueniamus iustū: quoniā inutilis est nobis. ⁊ ꝓtrari⁹ est operib⁹ nostris. Et improperat nobis peccata legis: ⁊ diffamat i nos peccata disciplīne nostre. ℟. Promittit se scientiā dei habere: ⁊ filiuz dei se nomiat. Fact⁹ est nobis in contradictionem cogitatio, num nostrarum. Grauis etiam est nobis ad videndū: quoniam dissimilis est alijs vita illius. et imutate sūt vie eius. Tā, q̄z nugaces estimati sum⁹ ab illo: ⁊ abstinet se a vijs nostris tā q̄z ab imūdicijs. Et ꝓfert nouissima iustor̄: ⁊ gloriat̄ patrez se hr̄e deū. Videam⁹ ergo si sermones illius veri sint: ⁊ tēptemus que ventura sunt illi: ⁊ sciemus que erūt nouissima illi⁹. Si enī est verus dei filius suscipiet illum: ⁊ liberabit eū de manibus cōtrariorū. Cōtumelia et tormento interrogem⁹ eū: vt sciamus reuerentiā illius: et ꝓbemus pacientiā eius. Morte turpissima cōdemnemus eum Erit enī respectus ex sermonibus illius. Hec cogitauerunt ⁊ errauerūt. Excecauit enī illos malicia eorū: ⁊ nescierūt sacramenta dei. Neq̄z mercedez speraverunt iusticie: nec iudicauerunt honorem animarū suarū. **Exurge domie et intende Grad.** iudiciū meū: deus meus et dñs me⁹ in causam meam. ℣. Effunde frameam ⁊ conclude aduersus eos qui me persequūtur. **℟assio dñi nri ihesu christi. Scōm Marcuz. xiiij.**

ERat pascha ⁊ azima post biduū: et querebant summi sacerdotes ⁊ scribe quō ihēsum dolo tenerēt: ⁊ occiderēt. Dicebāt enī. Non in die festo: ne forte tumultus fieret in populo. Et cum ibus esset bethanie in domo symōis leprosi et recūberet: venit mulier habēs

alabastrū vnguenti nardipisca
ti pꝛecioſi: ⁊ fracto alabastro ef
fudit ſuper caput eius. Erāt au
tē quidā indigne ferētes intra
ſemetipſos ⁊ dicētes. Ut quid
perditio iſta vnguēti facta eſt.
Poterat enī vnguētū iſtud ve
nundari pluſq; trecentis dena
rijs ⁊ dari pauperib⁹ Et freme
bāt in eā. Ihēſus aūt dixit. Di
mite eam: quid moleſti eſtis illi.
Bonū opus operata eſt in me
Semp enim pauperes habe
tis vobiſcū: ⁊ cū volueritis po
teſtis illis benefacere: me autē
nō ſemp habebitis. Quod ha
buit hec fecit: pꝛeuenit vngere
coꝛp⁹ meū in ſepulturā. Āmē
dico vobis vbicūq; pꝛedicatū
fuerit hoc euāgeliū in vniuer
ſo mundo: ⁊ qđ fecit hec nar
rabitur in memoꝛiam eius. Et
iudas ſcariothis vnus de duo
decim abijt ad ſummos ſacer
dotes vt ꝓderet eū illis. Qui
audiētes gauiſi ſunt ⁊ pꝛomiſe
runt ei pecuniā ſe daturos. Et
querebāt quomodo illū opoꝛ
tune traderet. Et pꝛimo die azi
moꝝ quādo paſca īmolabant.
Dicūt ei diſcipuli. Quo vis ea
mus ⁊ parem⁹ tibi vt mandu
ces paſca: Et mittit duos ex di
ſcipulis ſuis ⁊ dicit eis. Ite in
ciuitatem ⁊ occurret vobis ho
mo lagenā aque baiolās ſequi
mini eū ⁊ quocūq; intꝛoierit
dicite dño domus: quia magi
ſter dicit. Ubi eſt refectio mea:
vbi paſca cum diſcipulis meis
manducē. Et ipſe vobis demō
ſtrabit cenaculū grande ſtratū
⁊ illic parate nobis. Et abierūt
diſcipuli eius ⁊ venerunt in ci
uitatē ⁊ inuenerūt ſicut dixerat
illis: ⁊ parauerūt paſca. Veſpe
re aūt facto venit cū duodeci
⁊ diſcūbentib⁹ eis ⁊ manducā
tibus ait illis ihēſus. Āmen di
co vobis: quia vnus ex vobis
me tradet qui manducat mecū
At illi ceperunt contriſtari ⁊ di
cere ei ſingillatim. Nūqd ego:
Qui ait illis. Unus ex duodeci
qui intingit mecū manū in ca
tino. Et filius quidem hois va
dit ſicut ſcriptum eſt de eo. Ve
aūt homini illi per quē fili⁹ ho
minis tradet. Bonuz erat ei ſi
nō eſſet nat⁹ homo ille. Et mā
ducātib⁹ illis accepit ihēſus pa
nem ⁊ benedicēs fregit ⁊ dedit
eis ⁊ ait. Sumite: hoc eſt coꝛ
pus meum. Et accepto calice:
grās agēs dedit eis: ⁊ biberūt
ex illo omnes. Et ait illis. Hic
eſt ſanguis me⁹ noui teſtamēti
qui pꝛo multis effundet. Āmē
dico vobis: quod iam non bi
bam de genimine vitis vſq; in
diem illum cum illud bibaz no
uum in regno dei. Et hymno
dicto exierunt in montē oliua
ruz. Et ait illis ihēſus. Omnes
ſcandalizabimini in me in iſta
nocte: quia ſcriptum eſt. Per
cutiam paſtoꝛem ⁊ diſpergent
oues gregis. Sed poſtq; ſur
rexero pꝛecedam vos in gali
leam. Petrus autē ait illi. Et ſi
omnes ſcādalizati fuerint: ſed
nō ego. Et ait illi ihēſus. Āmē

dico tibi:quia tu hodie in no-
cte hac:priusq; gallus bis vo-
cem dederit: ter me es negatu
rus. At ille amplius loquebat.
Et si oportuerit me simul cō-
mori tibi:non te negabo. Si-
militer aūt & omnes dicebant.
Et venerunt in prediū cui no
men gethsemani. Et ait disci-
pulis suis. Sedete hic donec
orem. Et assumpsit petrum et
iacobum & iohannē secuz:& ce-
pit pauere & tedere: & ait illis.
Tristis est anima mea vsq; ad
mortem:sustinete hic & vigila-
te. Et cum processisset paululū
procidit super terram & orabat
vt si fieri posset trāsiret ab eo
hora & dixit. Abba pater: om-
nia tibi possibilia sunt transfer
a me calicez hunc: sed non qō
ego volo:sed quod tu. Et ve-
nit & inuenit eos dormientes.
Et ait petro. Symon dormis
non potuisti vna hora vigila-
re mecum. Vigilate & orate vt
non intretis in temptationem
Spiritus quidem promptus
est:caro aūt infirma. Et iterum
abiens orauit eundem sermo-
nem dicēs. Et reuersus denuo
inuenit eos dormientes. Erāt
enim oculi eorū grauati:& igno-
rabant quid reponderent ei.
Et venit tercio & ait illis. Dor-
mite iam & requiescite. Suffi-
cit. Venit hora ecce tradet fili-
us hominis in manus peccato
rum. Surgite eamus:ecce qui
me tradet prope est. Et adhuc
eo loquente: venit iudas scari-
oth vn⁹ de duodecim: & cum
eo turba multa cuz gladijs & li-
gnis missi a sūmis sacerdotib⁹
& scribis & senioribus. Dederat
aūt traditor eis signuz dicens.
Quēcūq; osculatus fuero ipse
est tenete eum: & ducite caute.
Et cū venisset statim accedens
ad eum ait. Aue rabbi:& oscula
tus est eum. At illi manus inie-
cerunt in ihm & tenuerunt eū.
Unus aūt quidā de circūstan-
tibus educens gladiū percussit
seruū summi sacerdotis:& am-
putauit illi auricolam. Et respō
dens ihesus ait illis. Tanq; ad
latronem existis cū gladijs & li-
gnis cōprehendere me. Quot
tidie apud vos eraz in templo
docens:& nō me tenuistis: sed
vt impleant scripture. Tunc
discipuli eius relinquentes eū
omnes fugerunt. Adolescens
aūt quidam sequebat eū: ami-
ctus syndone super nudo & te
nuerunt eū. At ille reiecta syn-
done: nudus profugit ab eis.
Et adduxerūt ihesum ad sum-
mū sacerdotē: & conuenerunt
omnes sacerdotes & scribe & se
niores. Petrus aūt a longe se-
cutus est eū vsq; intro in atriū
summi sacerdotis & sedebat cū
ministris: & calefaciebat se ad
ignem. Summi vero sacerdo
tes & omne conciliū querebāt
aduersus ihesum testimoniuz
vt eum morti traderent nec in
ueniebant. Multi eniz testimo
niū falsum dicebant aduersus
eū: & conuenientia testimonia

non erant. Et quidam surgentes falsum testimoniuz ferebāt aduersus eū dicētes. Quoniā nos audiuim⁹ eū dicentē: ego dissoluā templū hoc manufactū: z post triduū aliud nō manufactū edificabo. Et non erat conueniens testimoniū illoz̄ū. Exurgēs aūt summ⁹ sacerdos in mediū interrogauit ihesum dicens. Nō respondes quicq̄ ad ea que tibi obijciuntur ab his. Ille aūt tacebat: z nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eū z dixit ei. Tu es xp̄s filius dei benedicti. Ihesus aūt dixit ei. Ego sum Et videbitis filium hominis sedentē a dextris virtutis dei et venientē in nubibus celi. Dūmus aūt sacerdos scindēs vestimēta sua ait. Quid adhuc desideramus testes: audistis blasphemiā quid vobis videt̄: qui omnes condēnauerūt eū esse reum mortis. Et ceperunt quidam conspuere in eum: z velare faciem eius: z colaphis eum cedere: z dicere ei: prophetiza. Et ministri alapis eum cedebāt Et cū esset petrus in atrio deorsum. Venit vna ex ancillis sūmi sacerdotis: z cū vidisset petrū calefacientē se: aspiciens illum ait. Et tu cum ihesu nazareno eras. At ille negauit dicens Neq̄ scio: neq̄ noui qd dicas. Et exijt foras ante atriū z gall⁹ cantauit. Rursus aūt cum vidisset illum alia ancilla cepit dicere circūstantibus. Quia hic ex illis est. At ille iterū negauit. Et post pusillū rursus qui astabant dicebant petro. Vere ex illis es: nam z galileus es. Ille aūt cepit anathematizare z iurare: quia nescio hominē istum quem dicitis. Et statim iterum gallus cantauit. Et recordatus est petrus verbi quod dixerat ei ihesus. Priusq̄ gall⁹ cantet bis: ter me negabis Et cepit flere. Et confestim mane consiliū facientes summi sacerdotes cum senioribus z scribis: z vniuerso concilio vincientes ihesum duxerunt z tradiderunt pilato Et interrogauit eum pilat⁹ Tu es rex iudeoz̄: At ille respōdēs ait illi. Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pilatus aūt rursum interrogauit eum dicens. Non respondes quicq̄: vide in quantis te accusant. Ihesus aūt amplius nihil respondit: ita vt mirarē pilatus. Per diem autem festum: dimittere solebat illis vnum ex vinctis quemcūq̄ petissent. Erat autem qui dicebat barrabas: qui cū sedicionis erat vinctus qui in seditione fecerat homicidiū. Et cum ascendisset turba cepit rogare: sicut semper faciebat illis. Pilatus aūt respondit eis z dixit. vultis dimittam vobis regem iudeorum. Sciebat enim q̄ per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autem concitauerunt turbam: vt magis barrabam dimitteret eis.

Pilatus autem iterum respondens ait illis. Quid ergo vultis faciaz regi iudeorum. At illi iterum clamauerunt. Crucifige eum. Pilatus vero dicebat eis. Quid enim mali fecit. At illi magis clamabant. Crucifige eum. Pilatus autem volés populo satisfacere: dimisit illis barraban: ⁊ tradidit ihesum flagellis cesum vt crucifigeretur Milites aũt duxerunt eum intro in atriũ pretorij ⁊ conuocant totam cohortem ⁊ induunt euz purpura ⁊ imponunt ei plectentes spineam coronã ⁊ ceperunt salutare eum. Aue rex iudeorum: ⁊ percutiebant caput eius arundine ⁊ cõspuebant in eum ⁊ ponẽtes genua adorabant eum. Et postquam illuserunt ei: exuerunt illuz purpura: ⁊ induerunt euz vestimẽtis suis ⁊ educunt illum vt crucifigerẽt eum. Et angariauerunt pretereuntem quempiaz symonem cyreneum venientem de villa patrem alexandri ⁊ ruffi: vt tolleret crucem eius Et perducunt illum in golgotha locum: quod est interpretatum caluarie locus. Et dabãt ei bibere mirratum vinum: ⁊ non accepit. Et crucifigentes eum: diuiserunt vestimẽta eiꝰ: mittentes sortẽ super eis quis quid tolleret. Erat autem hora tercia: ⁊ crucifixerunt eũ: ⁊ erat titulus cause eiꝰ inscriptus: rex iudeorum. Et cum eo crucifixerunt duos latrones: vnũ a dextris ⁊ alium a sinistris. Et impleta est scriptura que dicit. Et cum iniquis reputatus est. Et pretereuntes blasphemabant eum: mouentes capita sua ⁊ dicentes. Vach qui destruis templum dei: ⁊ in tribus diebus reedificas. Saluũ fac temetipsũ descendens de crucẽ. Similiter ⁊ summi sacerdotes illudẽtes ad alterutrum cum scribis dicebant. Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere. Christus rex israhel descendat nunc de cruce vt videamꝰ ⁊ credamus. Et qui cuz eo crucifixi erant: conuiciabant ei. Et facta hora sexta: tenebre facte sunt per totam terram: vsqz in horam nonam. Et hora nona exclamauit ihesus voce magna dicens. Heli heli lamasabathani: quod est interpretatum Deus meus: deus meꝰ: vt qd dereliquisti me. Et quidam de circũstantibus audientes dicebant. Ecce helyam vocat. Currens autem vnus et implens spongiam aceto: circũponésqz calamo potuz: dabat ei dicens Sinite videamus si veniat helyas ad deponendũ eum: ihesus aũt emissa voce magna expirauit ✠ Et veluz templi scissum est in duo a sũmo vsqz deorsum. Videns autem centurio qui ex aduerso stabat: quia sic clamans expirasset ait. Vere hic homo filiꝰ dei erat. Erãt autẽ ⁊ mulieres de longe aspicientes: inter quas erat maria

magdalene ⁊ maria iacobi mi/
noris ⁊ ioseph mater ⁊ salome
Et cum esset in galilea seque/
bant eum: ⁊ ministrabāt ei. Et
alie multe que simul cū eo ascē
derant hierosolymam. Hic le
gitur in tono euangelij. Et cū
iam sero esset factum quia erat
parasceue quod est ante sabba
tum venit ioseph ab arimathia
nobilis decurio qui ⁊ ipse erat
expectans regnum dei. Et au/
dacter introiuit ad pilatum: et
petijt corpus ihesu. Pilatus
autem mirabatur si iam obijsset
Et accersito centurione: inter/
rogauit eū si iam mortuus esset
Et cum cognouisset a centurio/
ne donauit corpus ioseph. Jo
seph autem mercatus syndo/
nem et deponens eum inuol/
uit syndone ⁊ posuit eū in mo
numēto quod erat excisum de
petra. Et aduoluit lapidem ad
ostium monumenti. Offer
Custodi me domine torium.
de manu peccatoris ⁊ ab hominib⁹
iniquis eripe me domine. Secre.
Sacrificia nos quesum⁹ dñe
propēsius ista restaurent que
medicinalibus sunt instituta ie
iunijs. Per. Prefatio. Qui salu
tem. Cōmu. Aduersum me exer
cebant qui sedebant in porta: ⁊ i me
psallebant qui bibebant vinum: ego
vero orationem meam ad te domi/
ne: tempus beneplaciti deus in mul
titudine misericordie tue. Cōpleti
Sanctificationibus tuis om/
nipotens deus: ⁊ vicia nostra
purgent ⁊ remedia nobis eter
na proueniant. Per dominū.
Tua nos Sup pplīm oratio.
misericordia dñe ⁊ ab omi sur/
reptione vetustatis expurget:
⁊ capaces sancte nouitatis effi
ciat. Per dominum nostrum.

Feria quarta Introitus.
In nomine domini omne ge/
nu flectat celestium terrestriū ⁊ infer/
norum quia dominus factus est obe
diens vsq; ad mortem: mortem aūt
crucis ideo dñs ihesus xps in gloria
est dei patris. ps. Domine exaudi
orationē meā ⁊ clamor meus ad te
veniat. Hic non dicit Dñs vo
biscū. sed tm̄ Flectam⁹ genua.
Presta quesum⁹ Oratio.
omnipotens deus: vt q
nostris excessibus incessanter
affligimur: p vnigeniti tui pas/
sionem liberemur. Qui tecum.
Lectio Ysaie prophete. lxij.
Hec dicit dñs deus: dicite
filie syon. Ecce saluator
tuus venit: ecce merces ei⁹ cū
eo. Quis est iste qui venit de
edom: tictis vestib⁹ de bosra:
Iste formosus in stola sua: gra
diens in multitudine fortitudi
nis sue. Ego qui loquor iusti/
ciam ⁊ propugnator sum ad sal
uandum. Quare ergo rubrum
est indumentū tuum ⁊ vestimē
ta tua sicut calcantiū in torcula
ri: Torcular calcaui sol⁹: et de
gentibus non est vir mecum.
Calcaui eos in furore meo: et
conculcaui eos in ira mea. Et
aspersus est sanguis eorum su
per vestimenta mea: ⁊ omnia
indumenta mea coinquinaui.

Dies enim vltionis in corde meo: annus retributiõis mee venit. Circumspexi ⁊ non erat auxiliator: quesiui ⁊ non erat q̃ adiuuaret. Et saluabit mihi brachium meũ: ⁊ indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Et conculcaui populos ĩ furore meo et inebriaui eos in indignatõe mea ⁊ detraxi in terram virtutem eorum. Miserationuz dei recordabor: laudez domini super omnibus que reddidit nobis dñs deus noster. **Gradu.** Ne auertas faciem tuam a puero tuo quoniam tribulor velociter exaudi me. ℣. Saluũ me fac deus quõz intrauerunt aque vsqz ad animam meam: infixus sum in limo profundi ⁊ non est substantia. Dominꝰ vobiscũ. Flectamus genua. **Ofo** Deus qui pro nobis filiuz tuum crucis patibulũ subire voluisti: vt inimici a nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis: vt resurrectionis eius gratiam consequamur. Per eundem dñm.

Lectio ysaie prophete. liij.ca.

In diebus illis. Dixit ysaias. Dñe quis credidit auditui nostro ⁊ brachiũ domini cui reuelatum est. Et ascendit sicut virgultum coram eo ⁊ sicut radix de terra sicienti. Et nõ est species ei neqz decor. Et vidimus eũ: ⁊ non erat aspectus ⁊ desiderauimus euz despectũ ⁊ nouissimũ virorum: virum dolorum: ⁊ scientem infirmitatem: ⁊ quasi absconditus vultus eius ⁊ despectꝰ: vnde nec reputauimus eum. Vere languores nostros ipse tulit ⁊ dolores nostros ipse portauit. Et nos reputauimus eũ quasi leprosum ⁊ percussum a deo et humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras attritꝰ est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostre super eum: ⁊ liuore eius sanati sumꝰ Omnes nos quasi oues errauimus: vnusquisqz in suam viam declinauit: ⁊ posuit dominus in eo iniquitates omniũ nostruz. Oblatus est quia ipse voluit: ⁊ nõ aperuit os suum sicut ouis ad occisionẽ ducet ⁊ quasi agnus coraz tondente se obmutescet ⁊ non aperiet os suum. De angustia ⁊ de iudicio sublatus est Generationez eius quis enarrabit? qz abscisus est de terra viuentium: propter zelus populi mei: percussi eum: ⁊ dabit impios pro sepultura: ⁊ diuites pro morte sua: eo qõ iniquitatem non fecerit: neqz dolus fuerit in ore eius. Et dominus voluit conterere eũ in infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam: videbit semen longeuũ ⁊ voluntas dñi in manu eius dirigetur pro eo quod tradidit in morte animã suam: ⁊ cum sceleratis reputatus est: ⁊ ipse peccata multorũ tulit: ⁊ pro transgressoribus rogauit vt non perirent dicit dominus omnipotens. **Tractꝰ.**

Domine exaudi orationem meam & clamor meus ad te veniat. ℣. Ne auertas faciem tuã a me in quacũq; die tribulor inclina ad me aurem tuam. ℣. In quacũq; die inuocauero te velociter exaudi me. ℣. Quia defecerunt sicut fumus dies mei & ossa mea sicut in frixorio confrixa sunt. ℣ Percussus sum vt fenum & aruit cor meum quia oblitus sum comedere panem meum. ℣. Tu exurgens domine misereberis syon quia venit tẽpus miserendi eius. **Passio domini nostri ihesu christi scõm Lucam. xxij.**

In illo tempore. Appropiquabat dies festus azimorum qui dicitur pasca: & querebãt principes sacerdotum & scribe quomodo ihesum interficerent: timebãt vero plebem. Intrauit autem sathanas in iudam qui cognominabat scarioth vnũ de duodecim & abijt & locutus est cum principibus sacerdotum & magistratibus quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt: & pacti sunt pecuniam illi dare Et spopondit: & q̃rebat opportunitatem vt traderet illum sine turbis. Venit autẽ dies azimorũ in qua necesse erat occidi pasca: & misit petrũ & iohannez dicens. Euntes parate nobis pasca vt manducemus. At illi dixerunt. Vbi vis paremus Et dixit ad eos. Ecce introeuntibus vobis in ciuitatez occurret vobis homo amphoram aque portans sequimini eum in domum in quam intrat: & dicetis patrifamilias domus: dicit tibi magister. Vbi est diuersoriũ vbi pasca cum discipulis meis manducem: Et ipse vobis ostendet cenaculũ magnũ stratum: & ibi parate. Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis & parauerunt pasca. Et cum facta eẽt hora discubuit & duodecim apostoli cum eo. Et ait illis. Desiderio desideraui hoc pasca manducare vobiscũ antequã patiar. Dico enim vobis: quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno dei. Et accepto calice: gratias egit & dixit. Accipite & diuidite inter vos. Dico enim vobis q̃ nõ bibam de generatione vitis donec regnum dei veniat. Et accepto pane gratias egit & fregit: & dedit eis dicens Hoc est corpus meum quod p̃ vobis tradet̃: hoc facite in meam cõmemorationem. Similiter & calicem postquã cenauit dicens. Hic est calix nouum testamentũ in sanguine meo qui pro vobis fundetur. Verũtamen ecce manus tradẽtis me: mecum est in mensa. Et quidẽ filius hominis scõm quod definitum est vadit. Verũtamen ve homini illi: per quem tradetur. Et ipsi ceperunt querere inter se quis eẽt ex eis: qui hoc facturus esset. Facta est autem & contentio inter eos quis eorum videret̃ esse maior. Dixit aũt eis. Reges gentiũ dominãtur eorum: & qui potestatẽ ha-

bent super eos benefici vocan
tur. Vos autem non sic. Sed
qui maior est i vobis: fiat sicut
minor: et qui pcessor est sicut
ministrator. Nam quis maior
est qui recūbit an qui miſtrat:
Nonne qui recumbit. Ego au-
tem in medio vestrum sum si-
cut qui ministrat. Vos autem
estis qui mānsistis mecū in tem-
ptationibus meis. Et ego dis-
pono vobis sicut disposuit mi
hi pater meus regnum: vt eda
tis et bibatis super mensaz me
am in regno meo. Et sedeatis
super thronos iudicātes duo-
decim tribus israel. Dixit autem
dominus symoni. Symon.
Ecce sathanas expetiuit vos:
vt cribraret sicut triticuz. Ego
autem rogaui pro te: vt nō de-
ficiat fides tua: et tu aliquando
conuersus cōfirma fratres tu-
os. Qui dixit ei. Domine tecū
paratus sum: et in carcerem et
in mortem ire. Et ille dixit. Di-
co tibi petre. Non cantabit ho
die gallus: donec ter abneges
nosse me. Et dixit eis: quando
misi vos sine pera ⁊ sacculo ⁊
⁊ calciamentis: nūquid aliquid
defuit vobis: At illi dixerunt.
Nihil. Dixit ergo eis. Sz nūc
qui habet sacculū tollat simili-
ter ⁊ perā. Et qui nō habet vē-
dat tunicā suam ⁊ emat gladiū.
Dico enī vob qm̄ adhuc hoc
quod scriptum est oportet im-
pleri in me. Et cum iniquis de
putatus est. Etenim ea que sūt
de me finem habent. At illi di-
xerunt. Domine ecce duo gla-
dij hic. At ille dixit eis. Satz est
Et egressus ibat scōm consue-
tudinem in montem oliuaruz
Secuti sunt autem illum ⁊ dis-
cipuli eius. Et cuz peruenisset
ad locum dixit eis. Orate ne in
tretis in temptationē. Et ipse
auulsus est ab eis quātus est ia-
ctus lapidis: ⁊ positis genibus
orabat dicēs. ℙater si vis trās-
fer calicem istum a me. Verū-
tamen non mea voluntas: sed
tua fiat. Apparuit autem illi an
gelus de celo confortans eum
Et factus in agonia: prolixius
orabat. Et factus est sudor eius
sicut gutte sanguinis decurren
tis in terrā. Et cum surrexisset
ab oratione: ⁊ veniſſet ad disci
pulos suos inuenit eos dormi
entes p̄ tristicia ⁊ ait illis. Quid
dormitis: Surgite orate ne in
tretis in temptationez. Adhuc
eo loquēte ecce turba ⁊ qui vo
cabatur iudas vnus de duode
cim antecedebat eos. Et appro
pinquauit ihesu vt oscularetur
eum. Ihesus autez dixit illi. Ju-
da osculo filiū hominis tradis
Videntes autem hi qui circa
ipsum erant quod futurū erat
dixerunt ei. Domine si pcuti-
mus in gladio. Et pcussit vn⁹
ex illis seruum principis sacer-
dotum ⁊ amputauit auriculam
eius dexteram. Respōdens au
tez ihesus ait. Sinite vsqz huc
Et cum tetegisset auricolaz ei⁹
sanauit eum. Dixit autem ihe-
sus ad eos qui venerant ad se:

Principes sacerdotum ⁊ magistratꝰ templi ⁊ seniores. quasi ad latronem existis cum gladijs ⁊ fustibus cum quottidie vobiscum fuerim in templo: non extendistis manus in me. Sed hec est hora vra: ⁊ potestas tenebraꝝ. Cõprehendentes aũt eũ: duxerũt ad domum principis sacerdotũ. Petrꝰ vero seqbaꝫ eũ a longe. Accenso aũt igne in medio atrij: et circũ sedentibus illis: erat petrus in medio eorum. Quem cum vidisset ancilla quedam sedentez ad lumen: ⁊ cum fuisset intuita dixit. Et hic cum illo erat. At ille negauit euz dicens. Mulier non noui illum. Et post pusillum alius videns euz dixit. Et tu de illis es. Petrus vero ait. O homo non suz. Et interuallo facto quasi hore vnius: aliꝰ quidaz affirmabat dicens. Vere et hic cum illo erat. Nam ⁊ galileus est. Et ait petrus. Homo nescio quid dicis. Et continuo adhuc eo loquente: cantauit gallus. Et conuersus dominus respexit petruz: ⁊ recordatus est petrus verbi dñi quod dixerat: quia priusquam gallus cãtet ter me negabis. Et egressus foras petrus fleuit amare. Et viri qui tenebant ihesum: illudebant ei: cedentes: ⁊ velauerunt eum. Et percutiebant faciem eius: ⁊ interrogauerunt eũ dicentes. Prophetisa quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et vt factus est dies conuenerũt seniores plebis ⁊ principes sacerdotum ⁊ scribe. Et duxerunt illum in conciliũ suũ dicentes. Si tu es christus dic nobis. Et ait illis. Si vobis dixero non credetis mihi. Si autẽ ⁊ interrogauero non respõdebitis mihi neqz dimittetis. Ex hoc aũt erit filius hominis sedens a dextris virtutis dei. dixerũt aũt oẽs ergo tu es filiꝰ dei. Qui ait. Vos dicitz qꝛ ego sum. At illi dixerunt. Quid adhuc desideramus testimoniuz Ipsi enim audiuimus ex ore eius. Et surgens omnis multitudo eorum duxerunt illuz ad pilatum. Ceperunt autem accusare illum dicentes. Hunc inuenimus subuertentem gentẽ nostram: ⁊ prohibentem tributa dari cesari ⁊ dicentem se christum regem esse. Pilatus autẽ interrogauit eum dicens. Tu es rex iudeorum? At ille respõdens ait. Tu dicis. Ait autem pilatus ad principes sacerdotum ⁊ ad turbas. Nihil inuenio cause in hoc homine. At illi inualescebant dicẽtes. Cõmouit populũ docẽs p vniuersam iudeã incipiẽs a galilea vsqz huc Pilatus aũt audiẽs galileã interrogauit si homo galileꝰ eẽt ⁊ vt cognouit qꝺ de herodis ptãte esset remisit eũ ad herodẽ qui ⁊ ipse hierosolimis erat illis diebus. Herodes autem

viso ihesu gauisus est valde:
erat enim ex multo tempore cupiens videre eum: eo q audiret
multa de eo: et sperabat signum
aliquod ab eo fieri. Interroga
vit aut illum multis sermonibus
Et ipse ei nihil respondebat.
Stabant autem principes sacer-
dotum et scribe constanter accu-
santes eum. Sprevit aut illum
herodes cum exercitu suo. Et
illusit indutum veste alba: et re-
misit ad pilatum. Et facti sunt
amici herodes et pilatus in ipa
die: nam ante inimici erant ad
invicem. Pilatus aut convocatis
principib⁹ sacerdotum et magistra
tib⁹ et plebe dixit ad illos. Ob-
tulistis mihi hunc hominem quasi
avertentem populum. Et ecce ego
coram vobis interrogans nul
lam causam inveni in homi-
ne isto ex his in quibus eum ac-
cusatis sed neq herodes. Nam
remisi vos ad illum: et ecce ni-
hil dignum morte actum est ei
Emendatum ergo illum dimittam
necesse autem habebat per diem
festum unum dimittere eis. Ex-
clamavit autem simul universa
turba dicens. Tolle hunc et di-
mitte nobis barraban: qui erat
propter seditionem quandam fa-
ctam in civitate et homicidium
missus in carcerem. Iterum aut
pilatus locutus est ad illos vo-
lens dimittere ihesum. At illi suc-
clamabant dicentes. Crucifige
crucifige eum. Ille autem ter-
cio dixit ad illos. Quid enim ma
li fecit iste. Nullam causam mor-
tis inveni in eo. Corripiam er-
go illum et dimittam. At illi ma
gis instabant vocibus magnis
postulantes ut crucifigeret et
invalescebant voces eorum. Et
pilatus adiudicavit fieri petiti-
onem eorum. Dimisit aut illis eum
qui propter homicidium et se-
ditionem missus fuerat in car-
cerem quem petebant: ihesum
vero tradidit voluntati eorum
Et cum ducerent eum appre-
henderunt symonem quendam
cirenensem venientem de vil
la: et imposuerunt illi crucem por
tare post ihesum. Sequebatur
autem illum turba multa popu-
li et mulierum que plangebant
et lamentabant eum. Conver-
sus autem ad illas ihesus dixit.
Filie hierusalem nolite flere su-
per me: sed super vos ipsas fle
te: et super filios vestros quo-
nia ecce venient dies in quib⁹
dicent. Beate steriles et ventres
qui non genuerunt: et ubera
que non lactaverunt. Tunc in
cipient dicere montibus cadi-
te super nos: et collibus operi-
te nos: quia si in viridi ligno
hec faciunt in arido quid fiet.
Ducebantur autem et alij duo
nequam cum eo ut interficeren
tur. Et postquam venerunt in lo
cum qui vocatur caluarie ibi cru
cifixerunt eum et latrones unum a
dextris et alium a sinistris. Ihe
sus autem dicebat. Pater dimit-
te illis: non enim sciunt quid
faciunt. Dividentes vero ve
stimenta eius miserunt sortes.

Et stabat populus expectans ⁊ deridebant illum principes cū eis dicentes. Alios saluos fecit: se saluū faciat: si hic est christus dei electus. Illudebant autem ei ⁊ milites accedentes et acetū offerentes illi dicebant. Si tu es rex iudeorum: saluus te fac. Erat autem ⁊ superscriptio scripta super illum litteris grecis ⁊ latinis ⁊ hebraicis. Hic est rex iudeorum. Unus autez de his qui pendebant latronibus blasphemabat eum dicens Si tu es christus. Saluum fac temetipsum ⁊ nos. Respondens autem alter increpabat illum dicens. Neqz tu times deum qui in eadem damnatione es: ⁊ nos quidem iuste: nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad ihesuz. Domine memēto mei dum veneris in regnū tuum. Et dixit illi ihesus. Amen dico tibi hodie mecū eris in paradiso. Erat autem fere hora sexta: ⁊ tenebre facte sunt in vniuersa terra vsqz in horam nonam Et obscuratus est sol: ⁊ velum templi scissum est medium. Et clamās voce magna ihesus ait Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et hec dicens exspirauit ✠ Videns autem centurio quod factuz fuerat glorificauit deum dicens. Vere hic homo iustus erat. Et omnis turba eorz qui simul aderāt ad spectaculū istud. Et videbant q̄ fiebant percutientes pectora sua reuertebant. Stabāt aūt omnes noti eius a longe: ⁊ mulieres que secute erant eum a galilea hec videntes.

Hic legitur in tono euangelij.

Et ecce vir nomie ioseph qui erat de curio vir bonus ⁊ iust⁹ hic non consenserat consilio ⁊ actibus eorum: ab arimathia ciuitate iudee qui expectabat et ipse regnū dei. Hic accessit ad pilatum: ⁊ petijt corpus ihesu Et depositum inuoluit in syndone ⁊ posuit euz in monumēto exciso in quo nondū quisqz positus fuerat. **Offertorium.**

Domine exaudi orationem meam ⁊ clamor me⁹ ad te veniat. **Secre.**

Purifica nos misericors de⁹: vt ecclesie tue preces: que tibi grate sint pia munera deferentes fiant expiatis mētibus gratiores. Per dñm nrm. **Cōmu.**

Potum meū cum fletu temperabaz quia eleuans allisisti me ⁊ ego sicut fenum arui tu aūt domine ineternū permanes tu exurgens misereberis syon quia venit tempus miserendi eius. **Complen.** Largire sensibus nostris omnipotens deus vt per temporalez filij tui mortem quaz misteria veneranda testant te vitam nobis dedisse perpetuā confidam⁹. Per eūdem. **Super populum oratio**

Respice domine super hanc familiam tuam pro qua dominus noster ihesus xps non dubitauit manib⁹ tradi nocētū ⁊ crucis subire tormētū. Qui te.

In cena domini finitis horis

dominus pontifex vadat ad sacrarium cuz ministris z induatur ornamentis nigris stricta dalmatica cappa eiusdem coloris ibidem conueniẽtibus clericis ordinetur processio cum cruce candelabris z thurribulo precedentibus ceterisqz more solito subsequentibus vsqz in porticum basilice ante valuas principales cum silentio z illic statione facta atqz penitentib9 prostratis dominus pontifex incipiat officium penitentium quo incepto z ordine libri pontificalis impositio circa orationes z misteria inibi facienda in trent basilicã vbi in medio nauis ante altare sancte crucis p sternant se circũquaqz penitentes z facta a pontifice super eis benedictione z absolutione cũ disciplina z cerimonijs sc̃om ritum pontificalis reuertantur ad chorum z tunc domin9 põtifex cum ministris induant p̃ paramentis albis: z solẽnibus z missa inchoetur Introitus.

DOs autez gloriari oportet in cruce domini nostri ihesu xp̃i in quo est salus vita z resurrectio nostra per quem saluati z liberati sum9 p̃s. Deus misereatur nostri z benedicat nobis illuminet vultum suum super nos z misereatur nostri. Gloria patri. Kyrieleyson. z Gloria in excelsis deo. dicitur. Oratio

DEus a quo z iudas prodito2 reatus sui penã z cõfessionis sue latro premiũ sumpsit: concede nobis tue propiciationis effectum vt sicut in passione sua ihesus xp̃s dominus noster diuersa vtriusqz intulit stipendia meritorũ: ita nobis ablato vetustatis errore resurrectionis sue gratiaz largiatur. Per eundez. que oratio so la dicat. Ad Corinth. xj. prime

FRatres. Conuenientibus vobis in vnũ iam non est dn̄icã cenam mãducare. Vnusquisqz enim suam cenam presumit ad mãducandũ z alius quidem esurit: alius autẽ ebrius est: Nunquid domos non habetis ad manducandũ z bibendum: aut ecclesiam dei contẽnitis: z confunditis eos qui non habent. Quid dicam vobis: laudo vos in hoc non laudo. Ego enim accepi a domino: qd̄ z tradidi vobis: quoniam dominus ihesus in qua nocte tradebatur accepit panẽ z gratias agens: fregit z dixit: Accipite z mãducate: hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur: hoc facite in meã commemorationem. Similiter z calicem postquam cenauit dicens. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine hoc facite quotienscũqz bibetis in meã cõmemorationẽ Quotiẽscũqz enim mãducabitis panẽ hũc z calicẽ bibetz: mortẽ dn̄i annũciabitz donec veniat Itaqz quicũqz manducauerit panem hunc: vel biberit calicem domini indigne: reus erit corporis z sanguinis domini:

probet autē seipsum homo: & sic de pane illo edat & de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne iudicium sibi mā ducat et bibit non diiudicans corpus dñi. Ideo inter vos mlti infirmi & imbecilles: & dor miunt multi. Quod si nosmet ipsos diiudicaremꝰ non vtiqꝫ iudicaremur. Duꝫ iudicamur aūt a dño corripimur: vt nō cū hoc mūdo damnemur. Grad Christus factus est pro nobis obe diens vsqꝫ ad mortem: mortem aūt crucis. ℣. Propter quod & deus ex altauit illum et dedit illi nomen quod est super omne nomen.

A Scōm Johannem. xiij. Ante diem festuꝫ pasce sci ens ihesus quia venit eius ho ra: vt transeat ex hoc mundo ad patrem: cum dilexisset suos qui erant in mundo in finem di lexit eos & cena facta cum dia bolus iaꝫ misisset in cor: vt tra deret eū iudas symonis scario this. Sciēs quia omnia dedit ei pater in manus: & quia a deo exiuit & ad deum vadit: surgit a cena & ponit vestimenta sua. Et cū accepisset lintheum pre cinxit se. Deinde misit aquam in peluim & cepit lauare pedes discipulorum: & extergere lin theo quo erat precinctus. Ue nit ergo ad symonem petrū: & dicit ei petrus. Dñe tu mihi la uas pedes. Respondit ihesus & dixit ei: Qd ego facio tu ne scis modo: scies autem postea Dicit ei petrus. Non lauabis mihi pedes in eternuꝫ. Respō dit ei ihesus. Si non lauero te non habebis partem mecum. Dicit ei symon petrus Domi ne non tantū pedes meos: sed & manus & caput. Dicit ei ihe sus. Qui lotus est: non indiget nisi vt pedes lauet: sed est mū dus totus. Et vos mundi estis sed non omnes. Sciebat eniꝫ quisnam esset qui traderet eū propterea dixit non estis mun di omnes. Postquā ergo lauit pedes eoruꝫ: & accepit vestimē ta sua: cum recubuisset iterum dixit eis. Scitis quid fecerim vobis. Vos vocatis me magi ster & domine & benedicitis suꝫ eteni. Si ergo ego laui vr̄os pedes dominus & magister. et vos debetis alter alterius laua re pedes. Exemplum enim de di vobis vt quēadmodū ego feci vobis ita & vos faciatis. Credo dicitur. Offertorium.

Protege domine plebem tuam per signuꝫ sancte crucis ab omnibus in sidijs inimicoruꝫ omniū vt tibi gra tam exhibeamus seruitutem & acce ptabile tibi fiat sacrificiuꝫ nostrum. Ipse tibi quesu Secreta. mus sancte pater omnipotēs deus: sacrificium nostruꝫ red dat acceptum qui discipulis su is in sui cōmemoratione hoc fieri hodierna traditione mō strauit ihesus xps filius tuꝰ do minus noster. Qui tecū viuit. Prefatio Qui salutē. Infra actiōnē. Cōmunicantes: hanc igit ob lationem. Qui pridie quam pro no-

stra omniū salute pateret. ℙ Postvero corporis domini eleuationem ordinet etiaz alia ꝓcessio ad sacrastiam in qua sint diaconi tres quorum vnus portet oleum infirmorū: alius oleum sanctū: z tercius sanctū crisma Sint accoliti quatuor ferētes desuper vexillū de serico quos precedant bini z bini sacerdotes duodecim induti ornamētis sacerdotalibus. ℙrenotandum tamen q̄ sint cruces due quarū vna processionē antecedat: reliqua aūt retrocedat immediate ante oleū sanctum et crisma: tunc omnib⁹ ita dispositis chorari incipiāt hymnū. O redēptor summe carmine. Choro illud idez repetente in quolibet versu sic paulatim procedendo a sacristia per circuituz nauis ecclesie quousq; perueneriut ante altare maius vbi p̄ dicta benedicant̄ et compleantur more solito: vt in pontificali libro plenius habet̄. Quibus expeditis eo mō quo gressi fuerant ad sacristiam reuertant̄: et interim dñs pontifex compleat missam per ordinez vsq;. ℙer omnia secula seculorum amen. ℙax domini. Et absq; oscu lo dicatur Agnus dei. ter. sed in tercio Agnus dei loco. Dona nobis pacem. dicat̄. Miserere nobis. Dominus ihesus postq̄z cōmu. cenauit cum discipulis suis lauit pedes eorum z ait illis. scitis quid fecerim vobis ego dominus z magister exemplum dedi vobis vt z vos ita faciatis. Fractis a pontifice oblatis cōmunicent primo clerici: deinde laici: postea sumat sacerdos de ipsis oblatis duas integras ad conseruandū vsq; in parasceuen. Et finita cōmunione diaconus tenens calicē iuxta altare incipiat añ. sup p̄s. ad vesperas. ¶ Calicē salutaris accipiam z nomen dñi inuocabo. p̄s. Credidi. sine Gloria patri. Añ Cū his qui oderunt pacem eram pacificus cum loquebar illis impugnabant me gratis. p̄s. Ad dñm cuz. Añ. Ab hominibus iniquis libera me dñe. p̄s. Eripe me dñe. Añ. Custodi me dñe a laqueo quē statuerunt mihi z a scandalis operantiuz iniquitatē. p̄s: Dñe clamaui. Añ Considerabā ad dexterā z videbā z non erat qui cognosceret me. p̄s. Voce mea. sine capitulo Xio hymno z versiculo. Sequitur sup mḡt añ. Cenantibus aūt accepit ihesus panez benedixit ac fregit dedit discipulis suis. Finita añ. pontifex dicat compleñ. Refecti vitalibus alimētis quesum⁹ dñe deus noster: vt quod tpe nostre mortalitatis exequimur immortalitatis tue munere cō seq̄mur. ℙer. Et sic finit̄ missa cū Benedicam⁹ dño. Quib⁹ finitis dñs pōtifex ferat duas de dictis oblatis ad sacrariuz sub camerox custodia qui honorifice deponat in loco mundo. In parasceue officiū quod agi tur loco misse post nonaz stantibus ad altare ministris subdiaconus quidē legat prophe

tiã hanc sine titulo. Osee. vj.

IN tribulatione sua mane consurgent ad me. Venite ⁊ reuertamur ad dñm: quia ipse cepit ⁊ sanabit nos: percutiet ⁊ curabit nos. Viuificabit nos post duos dies: in die tercia suscitabit nos: ⁊ viuem⁹ in conspectu eius: sciemus sequimurq; vt cognoscamus dñm Quasi diluculũ preparatus est egressus eius ⁊ veniet nobis quasi ymber temporaneus et serotenus terre. Quid faciam tibi effraim: quid faciam tibi iuda. Misericordia vestra quasi nubes matutina: ⁊ q̃si ros mane pertransiens: propter hoc dolaui in pphetis: ⁊ occidi eos in verbis oris mei. Et iudicia mea quasi lux egredient̃: quia misericordiã volui ⁊ non sacrificiũ ⁊ scientiam dei plus q̃ holocaustũ. Tractus. Domine audiui auditum tuũ ⁊ timui considerauí opera tua ⁊ expaui. ℣. In medio duum animaliũ innotescaris duz appinquauerit anni cognosceris dũ aduenerit tempus ostenderis. ℣. In eo duz conturbata fuerit anima mea in ira misericordie memor eris ℣. Deus a libano veniet ⁊ sanctus de monte vmbroso ⁊ condenso. ℣. Operuit celos maiestas eius ⁊ laudis eius plena est terra. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio. Deus a quo ⁊ iudas. vt supra in die cene. Alius subdiaconus legat aliã prophetiã Eodem modo sine titulo.

IN die⁹ illʒ. Di Exodi xij.

xit dominus ad moysen ⁊ aaron in terra egypti. Mensis iste vobis principiũ mensiũ: primus erit in mensibus anni loquimini ad vniuersum cetum filiorũ israel: ⁊ dicite eis. Decima die mensis huius tollat vnusquisq; agnũ per familias ⁊ domos suas. Sin aũt minor est numer⁹ vt sufficere possit ad vescẽdũ agnum: assumet vicinũ suum qui coniũctus est domui eius: iuxta numerũ animarũ que sufficere possint ad esuz agni. erit aũt agn⁹ absq; macula: masculus aũt anniculus iuxta quez ritum tolletis ⁊ hedum: ⁊ seruabitis eum vsq; ad quartã decimam diem mensis huius: ímo labitq; eum vniuersa multitudo filiorum israhel ad vesperã. Et sument de sanguine eius ⁊ ponent sup vtrũq; postẽ ⁊ in super liminaribus domoz in quibus comedent illũ. Et edẽt carnes nocte illa assas igni ⁊ azimos panes cum lactucis agrestibus nõ comedetis ex eo crudum quid nec coctũ aqua: sed assum tantũ igni. Caput cũ pedibus eius ⁊ intestinis vorabitis ⁊ os eius non confringetis nec remanebit ex eo quicquaz vsq; mane. Si quid residuum fuerit igni comburetis: sic aũt comedetis illũ. Renes vestros accingetis ⁊ calciamẽta habebitis in pedibus: tenentes baculos in manib⁹ ⁊ comedetis festinãter. Est em̃ phase: id est transitus domini. Tractus.

Eripe me dñe ab hoīe malo a vi/
ro iniquo libera me. ℣. Qui cogita/
uerunt malicias in corde tota die cō
stituebant prelia. ℣. Acuerunt lin/
guas suas sicut serpentes venenum
aspidum sub labijs eor. ℣. Custo/
di me dñe de manu peccatoris: ⁊ ab
hoībus iniquis libera me. ℣. Qui
cogitauerūt supplātare gressus me/
os absconderunt superbi laqueum
mihi. ℣ Et funes extēderūt pedib⁹
meis iuxta iter scandalū posuerunt
mihi. ℣ Dixi dño deus meus es tu
exaudi dñe vocē orationis mee. ℣.
Dñe virtus salutis mee obumbra/
sti mihi super caput meū in die belli
℣. Ne tradas me dñe a desiderio
meo peccatori cogitauerūt aduersuz
me ne derelinquas me ne vnq̄z exal
tent. ℣. Caput circuitus eor labor
labior ipsor operiet eos. ℣. Uerū
tamen iusti confitebunt nomini tuo
⁊ habitabūt recti cuz vultu tuo. De
inde legit passio sine titulo et
salutatione: ⁊ infra passionē cū
peruentū fuerit ad eundē locū
vbi dicit. Partiti sunt vestimenta
duo dyaconi abstrahant illos
duos pāniculos qui pri⁹ altari
fuerāt suppositi. Johis. xviij.

EGressus ihesus cū discī/
pulis suis trāstorrentē ce
dron vbi erat ortus in quē in/
troiuit ipe ⁊ discipuli ei⁹. Sciē
bat aūt ⁊ iudas qui tradebat eū
locum: quia frequenter ihesus
cōuenerat illuc cum discipulis
suis. Judas ergo cum accepis/
set cohortē ⁊ a pōtificib⁹ ⁊ pha
riseis ministros. venit illuc cū
laternis ⁊ facib⁹ ⁊ armis. Ihe/
sus itaq̄ sciens oīa que ventu
ra erant super eum: pcessit ⁊ di
xit eis. Quē queritis? Respōde
runt ei. Ihesum nazarenū. Di
cit eis ihesus. Ego sum. Sta/
bat aūt ⁊ iudas qui tradebat eū
cū ipsis. Ut ergo dixit eis ego
sum: abierunt retrorsuz ⁊ ceci/
derunt in terram. Iterū ergo
interrogauit eos. Quē queri/
tis? Illi aūt dixerunt. Ihesum
nazarenū. Rñdit ihs. Dixi vo/
bis: quia ego sum. Si ergo me
q̄ritis: sinite hos abire. Ut im/
pleret sermo quem dixit: quia
quos dedisti mihi: nō perdidi
ex ipsis quēq̄. Simō ergo pe/
trus habens gladiū: eduxit euz
⁊ pcussit seruū pontificis: ⁊ ab/
scidit auriculā ei⁹ dextrā. Erat
aūt nomē seruo malchus. Di/
xit ergo ihesus petro. Mitte
gladiū tuū in vaginā. Calicem
quē dedit mihi pater nō vis vt
bibā illum. Cohors ergo ⁊ tri/
bunus ⁊ ministri iudeor comp/
prehēderūt ihm ⁊ ligauerūt eū
⁊ adduxerūt eū ad annam pri/
mū. Erat autem socer cayphe:
qui erat pōtifex anni illi⁹. Erat
autē cayphas qui cōsiliū dede/
rat iudeis: quia expedit vnum
hoīem mori pro pupulo. Se/
quebat aūt ihesum symon pe/
trus ⁊ ali⁹ discipul⁹. Discipul⁹
aūt ille erat notus pōtifici: ⁊ in/
troiuit cum iesu in atriuz pon/
tificis. Petrus autez stabat ad
hostium foris. Exiuit ergo dis/
cipulus alius qui erat not⁹ pō/
tifici: ⁊ dixit ostiarie ⁊ introdu/

rit petrū Dixit ergo petro ancilla ostiaria. Nūqd ⁊ tu ex discipul' es hois istius: dixit ille. Nō sum. Stabāt aūt serui et mīstri ad prunas qa frig⁹ erat: ⁊ calefaciebāt se. Erat aūt ⁊ petr⁹ cū eis stans: ⁊ calefaciēs se. Pontifex ergo interrogabat ihesuz de discipulis suis: et de doctrīa ei⁹. Respōdit ei ihs. Ego palā locutus sum mūdo: ego semp docui in synagoga et in tēplo: quo oēs iudei cōueniunt: et in occulto locutus sū nihil. Quid me interrogas: interroga eos qui me audierunt: quid locut⁹ sim ipsis. Ecce hi sciūt: que dixerim ego. Hec aūt cū dixisset: vnus assistēs ministrorū dedit alapā ihesu dicens. Sic respōdes pontifici: Respōdit ei ihs. Si male locutus sum testimonium perhibe de malo: si autē bene: qd me cedis: Et misit eū ānas ligatum ad caypha pontificem. Erat aūt symon petr⁹ stans ⁊ calefaciens se. Dixerūt ergo ei Nunqd ⁊ tu ex discipul' eius es: Negauit ille ⁊ dixit Nō sum. Dixit ei vnus ex seruis pontificis cognatus eius cui⁹ abscidit petrus auriculā. Nōne ego te vidi i orto cū illo. Iterz ergo negauit petrus: ⁊ statī gallus cātauit Adducūt ergo ihm a caypha in pretoriū. Erat aūt mane et ipsi non introierūt in pretoriū: vt non pollinarent sed vt manducarēt pascha. Exiuit ergo pilat⁹ ad eos foras ⁊ dixit. Quā accusationē affertis aduersus hoiem hunc. Respōderunt et dixerūt ei. Si hic nō esset malefactor: non tibi tradidissemus eū. Dixit eis pilatus. Accipite eum vos: ⁊ sm legez vestraz iudicate eum. Dixerūt ei iudei. Nobis non licet interficere quemq̄: vt sermo ihesu impleret quē dixit: significans qua morte esset moriturꝰ. Introiuit iterū pilat⁹ in pretoriū ⁊ vocauit ihm ⁊ dixit ei. Tu es rex iudeorū: Et rñdit ihesus. A temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerūt de me: Rñdit pilatus. Nunqd ego iude⁹ sum: Gens tua ⁊ pōtifices tui tradiderūt te mihi. Quid fecisti: Rñdit ihs. Regnum meū non est de hoc mundo. Si ex hoc mūdo esset regnū meū: ministri mei vtiq̄ decertarēt vt non traderer iudeis. Nunc aūt regnū meū nō est hinc. Dixit itaq̄ ei pilatus. Ergo rex es tu: Rñdit ihs Tu dicis: quia rex sum ego. Ego in hoc nat⁹ sum: ⁊ ad hoc veni in mundū: vt testimoniuz perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate: audit vocem meā. Dicit ei pilatus. Quid est veritas: Et cum hoc dixisset: iteruz exiit ad iudeos ⁊ dicit eis Ego nullā inuenio in eo causaz. Est aūt consuetudo vobis: vt vnū dimittā vobis in pascha. Vultis ergo dimittā vobis regem iudeorum: Clamauerunt oēs rursum dicētes. Non hūc: sed barraban. Erat autē barrabas latro. Tunc ergo apprehēdit

pilatus ihesuz: ⁊ flagellauit. Et milites plectentes coronaz de spinis imposuerũt capiti ei⁹: ⁊ veste purpurea circũdederũt eũ: ⁊ veniebant ad ip̃m ⁊ dicebãt. Aue rex iudeorũ. Et dabãt ei alapas. Exiuit iteruz pilatus foras: ⁊ dicit eis. Ecce adduco vobis eũ foras: vt cognoscatz qa in eo nullã causam inuenio Exiuit ergo ihs portãs spineã coronã: ⁊ purpureũ vestimentum: ⁊ dicit eis pilat⁹. Ecce hõ. Cum ergo vidissent eũ pontifices ⁊ mĩstri clamabãt dicẽtes Crucifige crucifige euz. Dicit eis pilatus. Accipite eũ vos: ⁊ crucifigite. Ego enim nõ inuenio in eo causaz. Rñderunt ei iudei. Nos legẽ habem⁹: ⁊ fm legẽ debet mori: qa filiũ dei se fecit. Cum ergo audisset pilat⁹ hunc sermonẽ: magis timuit. ⁊ ingressus est iterũ in pretoriũ: et dicit ad iesuz. Unde es tu? Ihs aũt responsuz non dedit ei. Dicit ergo ei pilatus. Mihi nõ loq̃ris. Nescis qa potestatẽ habeo crucifigere te: ⁊ potestatez habeo dimittere te. Rñdit iesus. Nõ haberes potestatez aduersus me vllaz: nisi tibi eẽt datum desup. Propterea qui tradidit me tibi: maius peccatũ habet. Exinde querebat pilat⁹ dimittere eũ. Iudei aũt clamabant dicẽtes. Si hunc dimittz: non es amic⁹ cesaris. Omnis eni qui se regẽ facit: cõtradicit cesari. Pilatus aũt cũ audisset hos sermones: adduxit foras ibm: ⁊ sedit pro tribunali in loco qui dicit lichostratos. Hebraice autẽ gabata Erat autem parasceue pasce hora q̃si sexta. Et dicit iudeis. Ecce rex vester Illi autẽ clamabãt. Tolle tolle crucifige eum. Dicit eis pilat⁹ Regẽ vr̃m crucifigam. Respõderunt põtifices. Nõ habem⁹ regem nisi cesarẽ. Tunc ergo tradidit eis illũ: vt crucifigeret Suscepert aũt ihm ⁊ eduxert: ⁊ baiolãs sibi crucẽ exiuit in eũ q̃ qui dicitur caluarie locuz. Hebraice autẽ golgatha. vbi eum crucifixerunt: ⁊ cũ eo alios duos hinc ⁊ inde: medium autez ihm. Scripsit autez et titulum pilat⁹: ⁊ posuit sup crucẽ. Erat autẽ scriptũ. Ihesus nazarenus rex iudeoz. Hunc ergo titulũ multi iudeoruz legerunt: quia prope ciuitatez erat locus vbi crucifixus est ihesus. Erat autẽ scriptũ hebraice: grece: ⁊ latine Dicebãt ergo pilato põtifices iudeorum. Noli scribere. Rex iudeoruz: sed qa ipse dixit. Rex sum iudeoz. Rñdit pilat⁹ Qd scripsi scripsi. Milites ergo cũ crucifixissent eum: acceperunt vestimẽta eius: ⁊ fecerũt q̃tuor partes: vnicuiq̃ militi partẽ ⁊ tunicã. Erat autẽ tunica inconsutilis desup cõtexta per totuz Dixert ergo ad inuicẽ. Nõ scindam⁹ eã: sed sortiamur de illa cui⁹ sit. Ut scriptura impleret dicens. Partiti sunt vestimẽta mea sibi: ⁊ in vestẽ meã miserũt sortem. Et hec quidez milites

fecerũt. Stabãt ergo iuxtã crucem ihesu mr̃ eiꝰ: & sororꝛ mr̃is eiꝰ maria cleophe & maria magdalene. Cũ vidisset ergo ihs matrẽ & discipulũ stantem quẽ diligebat. Dicit matri sue. Mulier ecce filius tuꝰ. deinde dicit discipulo. Ecce mater tua: & ex illa hora accepit eã discipulꝰ in sua. Postea sciens ihs: quia iã oĩa consũmata sunt: vt consummeretur scriptura. dicit. Sitio Vas ergo positum erat aceto plenũ: illi aũt spongiam plenã aceto ysopo circũponẽtes: obtulerunt oꝛi eiꝰ. Cum ergo accepisset ihs acetũ: dixit. Consũmatum est. Et inclinato capite tradidit spũm. ✠ Judei ergo qm̃ parasceue erat: vt non remanerẽt in cruce corpora sabbato. Erat enĩ magnꝰ dies ille sabbati: rogauerunt pilatuꝫ vt frangerentur eoꝝ crura & tollerẽtur. Venerũt ergo milites & primi quidẽ fregerunt crura & alteriꝰ qui crucifixꝰ est cũ eo. Ad ihesum aũt cum venissent vt viderũt eũ iam mortuũ: nõ fregerunt eius crura: sed vnus militũ lancea latꝰ eius aperuit & continuo exiuit sanguis & aq̃. Et qui vidit testimoniũ perhibuit: & verũ est testimoniũ eiꝰ: et ille scit: quia vera dicit: vt et vos credatis. Facta sũt enĩ hec vt scriptura impleret. Os nõ cõminuetis ex eo. Et iterũ alia scriptura dicit Videbũt in quẽ transfixerũt. Hic legitur euangeliũ sine luminaribꝰ & incẽso

Post hec aũt rogauit pilatum ioseph ab arimathia eo q̃ esset discipulus ihesu: occultus autẽ ꝓpter metũ iudeoꝛũ: vt tolleret coꝛpꝰ ihesu: & ꝓmisit pilatꝰ Venit ergo & tulit coꝛpꝰ ihesu Venit autẽ & nichodemus qui venerat ad ihm̃ nocte primuꝫ ferens mixturaꝫ mirre & aloes q̃si libraꝫ centũ Acceperũt ergo coꝛpus ihesu: & ligauerũt eum linthеis cũ aromatibꝰ: sic mos est iudeis sepelire. Erat autẽ in loco vbi crucifixꝰ est ihs oꝛtꝰ: & in oꝛto monumentuꝫ nouũ: in quo nondũ positꝰ erat q̃squã Ibi ergo propter parasceuen iudeoꝝ quia iuxta erat monumentũ posuerunt ihm̃. Lecta passiõe icipiat sacerdos oꝛões ꝓ variis necessitatibꝰ: & ad singulas dicat. Flectamꝰ genua. nisi ꝓ iudeis q̃a illudẽdo flexerũt rõ genua. Primo sic incipiat

Oremus dilectissimi nob pro ecclia sãcta dei: vt eã deus & dñs noster pacificare & custodire digneꝛ toto oꝛbe terrarũ subijciens ei principatꝰ & potestates: detq̃ nob quietã & tranquillã vitã de gentibꝰ glorificare deũ patrẽ oĩpotentez. Finita oꝛone ꝓtinuo sacerdos dicat Oremꝰ. Diaconꝰ. Flectamus genua. & tãdiu cleruꝰ & ppls genuflectẽt quousq̃ oꝛo

Omnipotens sempiterne deꝰ qui gl̃am tuã oĩbus in xp̃o gentibꝰ reuelasti: custodi opera misc̃die tue: vt ecclia tua toto oꝛbe diffusa sta-

bili fide in cõfessione tui nois
pseueret Subdiaconus dicat
celestis exercitus hymnũ glorie tue canimus sine

fi ne di cen tes.

Prefatio sub mediocri nota
vt in officio nouem lectionũ

WEquũ ⁊ salutare. Te quidẽ dñe omni tpe

sed in hoc potissimũ die glorioſius predicare: cum

pascha nostrũ imolatus est xps. Ipse enim verus

est agnus qui abstulit peccata mundi. Qui mortem

nostram moriendo destruxit: ⁊ vitam resurgendo

reparauit. Et ideo cum angelis ⁊ archãgelis cum

thronis et dominationibus. Cunqz omni milítia

celestis exercítus hymnum glorie tue canimus sine

fine dicentes.

Prefatio sub nota
officij triũ lectionũ

VEquũ ꝛ salutare. Te quidẽ dñe oi tpe: sed

in hoc potissimũ gl̃osius p̃dicare cũ pascha nostrũ

imolatus est xp̃s. Ipse enĩ ver⁹ est agn⁹ qui abstulit

peccata mdi. Qui mortẽ nostrã moriẽdo destruxit

ꝛ vitã resurgendo reparauit. Et ideo cũ angelis ꝛ

archangelis cũ thronis ꝛ dñationibus. Cũq3 omni

milítia celestis exercitus hymnũ gl̃e tue canim⁹ sine

fine dicẽtes.

Prefatio cum suo cantu dicitur in die ascensionis: deinceps vsq3 ad vigiliã penthecostes sub solẽni nota.

VEterne deus p xp̃m dñm nr̃m. Qui post

resurrectionē suā omnib⁹ discipulis suis manifest⁹

apparuit: ⁊ ipsis cernentibus est eleuat⁹ in celū: vt

nos diuitatis sue tribueret esse pticipes Et i de o

cū angelis ⁊ archangelis cū thronis ⁊ dñationibus

Cūq3 omni milicia celestis exercit⁹: hymnū glorie

Prefatio sub mediocri nota vt in officio nouez lectionum.

tue canimus si ne fi ne di cē tes.

W Eterne de⁹ per xp̄m dñm nr̄m Qui post

resurrectionē suā omnib⁹ discipulis suis manifest⁹

apparuit: ⁊ ipsis cernentibus est eleuatus in celū: vt

nos diuitatis sue tribueret esse participes. Et ideo

cū angelis z archangelis cū thronis z dñationibus

Cūq3 omni milicia celestis exercit⁹: hymnū glorie

Prefatio sub nota officij triū lectionū

tue canimus sine fine dicentes.

WEterne de⁹ per xp̄m dñm nr̄m. Qui post

resurrectionē suā omnib⁹ discipulis suis manifest⁹

apparuit: z ipsis cernentibus est eleuatus in celū: vt

nos diuitatis sue tribueret esse participes. Et ideo

cū angelis z archangelis cū thronis z dñationibus

Cunqz omni milítia celestis exercit⁹ hymnū glorie

tue canim⁹ sine fine dicétes.

Prefatio cū suo cantu
dī a vigilia penth. vsqz ad octauā: ⁊ qñ celebratur solēniter de spiritu sancto.

Eterne deus per christū dominū nostrū.

Qui ascēdēs sup omnes celos: sedēsqz ad dexterā

tuaz pmissum spíritū sanctū hodierna die in fi lios

adoptionis effudit Quapropter profusis gaudijs

totus in orbe terrarū mund⁹ exultat. Sed et supne

virtutes atqz angelice potestatesꝙ hymnū glorie tue

concinunt si ne fi ne di centes.

Prefatio sub me
diocri nota: vt in officio noc
nem lectionum.

VEterne deus per christū dominū nostruz

Qui ascendēs super oēs celos: sedēsqz ad dexterā

tuam pmissum spiritū sanctū hodierna die in filios

adoptionis effudit Quapropter profusis gaudijs

totus in orbe terrarū mund⁹ exultat. Sed et supne

virtutes atqz angelice potestatesʃ hymnū glorie tue

concinunt sine fine dicentes.

Prefatio sub nota trium lectionum;

VEterne deus per christū dominū nostruz

Qui ascendēs super oēs celos: sedēsqz ad dexterā

tuam ꝓmissum spiritū sanctuz in filios adoptionis

effudit. Quapropter profusis gaudijs totꝰ in orbe

terraruz mundus exultat. Sed ꝛ superne virtutes

atqz angelice potestates hymnū glorie tue ꝯcinunt

sine fine dicentes.

Prefatio dicit in missa sancte trinitatis tātū sub solēni nota

O Eterne deus. Qui cum vnigenito filio

tuo ꝛ spiritu sancto vnus es deus: vnꝰ es dominꝰ

non in vnius singularitate psone: sed in vnius trini

ta re substantie. Quod enim de gloria tua reuelāte

te credimus hoc de filio tuo: hoc de spiritu sancto

sine differentia discretionis sentimus vt in confessi

one vere sempiterneqz dei ta tis: z in personis

proprietas: et in essentia vnitas: et in maiestate ado

retur equalitas. Quam laudant angeli: ado rant

dominationes: tremunt potestates. Cui li celorū

qz virtutes ac beata seraphin so ci a exultatione

concelebrant. Cum qui bus z nostras voces vt

admitti iubeas depre camur supplici cōfessione

Prefatio sub mediocri nota vt in officio nouem lectionum.

dí cen tes.

OEterne deus. Qui cū vnigenito filio tuo

z spiritu sancto vnus es deus: vnus es domin⁹ non

ín vnius singularitate persone: sed in vni⁹ trinitate

substātie. Qd enī de gloria tua reuelāte te credim⁹

hoc de filio tuo: hoc de spiritu sancto sine differētia

discretionis sentim⁹: vt in ꝓfessione vere sempiter/

neqz deitatis: z in personis proprietas: z in essentia

vnitas: et in maiestate adoretur equalitas. Quam

laudant angeli: adorãt dominationes: tremunt po/

testates. Celi celorũq3 virtutes ac beata seraphin

socia exultatione pcelebrant. Cũ quibus ⁊ nostras

voces vt admitti iubeas deprecamur supplici con/

fessione dicentes.

Prefatio sub nota feriali vt in officio triũm lectionum.

TEterne de⁹. Qui cũ vnigenito filio tuo et

spiritu sctõ vnus es deus: vnus es dñs: nõ in vnius

singularitate psone: sed in vnius trinitate substãtie.

Quod enim de gloria tua revelante te credim⁹ hoc

de filio tuo: hoc de spiritu sancto sine differentia di/

scretionis sentim⁹: vt in confessione vere sempiter/

neqz deitatis: 7 in personis proprietas: 7 in essentia

vnitas: 7 in maiestate adorετur eqlitas. Quã laudãt

angeli: adorãt dominationes: tremunt potestates.

Celi celorũqz virtutes ac beata seraphĩ socia exul/

tatione pcelebrant. Cũ quibus 7 nostras voces vt

admitti iubeas deprecamur supplici pfessiõe dicẽtes

Prefatio cũ suo cantu dr̃ in oĩb⁹ solẽnitatibus beate virgis. excepta purificatiõe 7 infra octauã earũ dr̃

Etiã si de aliquo festo infra illas agatur: similiter in diebus sabbati qũ maior missa de beata virgine celebratur sub soleni nota.

Oeterne de⁹. Atte in A beate marie

semp virginis collaudare benedicere et predicare.

Que ꝛ vnigenitū tuū scti spūs obūbratiōe concepit

ꝛ v̄ginitatis gl̄a pmanēte lumē eternū mundo effudit

ihesū xp̄m dn̄m nr̄m Per quē maiestatē tuā laudāt

angeli: adorant dn̄ationes: tremunt ptātes. Celi

celorūq; v̄tutes ac beata seraphī so ci a exultatiōe

pcelebrāt. Cū qbus ꝛ nr̄as voces vt admitti iubeas

deprecamur supplici confessione di cē tes.

Prefatio sub mediocri nota: vt i officio nonem lectionum.

OEterne deus. Atte in A beate marie
semp virginis collaudare benedicere ⁊ predicare.
Que ⁊ vnigenitū tuū scti spūs obūbratiōe ꝓcepit: ⁊
Vginitatis gl'a pmanente lumē eternū mdo effudit
ihesū xp̄m dn̄m nr̄m Per quē maiestatē tuā laudāt
angeli adorāt dn̄ationes: tremūt ptātes. Celi celo/
rūq; Vtutes ac beata seraphī socia exultatiōe ꝓcele/
brāt. Cū qb⁹ ⁊ nr̄as voces vt admitti iubeas depre
camur supplici ꝓfessione dicentes.

Prefatio sub no
ta mediocri.

Oeterne deus. Qtte in A beate marie

semp virginis collaudare benedicere et predicare.

Que ꝛ vnigenitū tuū scti spūs obūbratiōe ꝓcepit: ꝛ

vginitatis gla pmanente lumē eternū mdo effudit

ihesū xp̄m dn̄m nr̄m Per quē maiestatē tuā laudāt


angeli adorāt dn̄ationes: tremūt ptātes. Qeli celo/

rūq3 vtutes ac beata seraphī socia exultatiōe ꝓcele/

brāt. Cū qb⁹ ꝛ nr̄as voces vt admitti iubeas depre

camur supplici ꝓfessione dicentes.

Prefatio sub no
ta officij trium
lectionum.



Prefatio cū suo cātu dr̄

in oibus festis apostolox ꝛ euangelistax ꝛ per octauas earū. Etiā si de alio festo infra illas agat. Et hoc vbi ꝓpria non assignat sub solēni nota.

Equum ⁊ salutare Te domine supplices
exo rare: vt gregē tuū pastor eterne non deseras:
sed per beatos apostolos tuos continua protecti/
one custodias. Vt hisdem rectoribus gubernetur:
quos operis tui vicarios eidem ꝓtu listi ꝑesse pa/
stores. Et i de o cū angelis ⁊ archangelis cū thro
nis et dominationibus. Cunqz omni militia cele/
stis exercit⁹ hymnū glorie tue canimus si ne fi ne
di cen tes.

Prefatio sub mediocri nota vt in officio nouem lectionū.

Equum ⁊ salutare Te domine supplices
exorare: vt gregē tuum pastor eterne non deseras:
sed per beatos apostolos tuos continua protecti/
one custodias. Vt hisdem rectoribus gubernetur:
quos operis tui vicarios eidem contulisti ꝑesse pa
stores. Et ideo cum angelis ⁊ archangelis cū thro
nis et dominationibus. Cunqz omni militia cele/
stis exercitus hymnum glorie tue canimus sine fine
dicentes. Prefatio sub nota officij triū lectionū.

Wequum ⁊ salutare Te domine supplices
exorare: vt gregē tuum pastor eterne non deseras:
sed per beatos apostolos tuos continua protecti/
one custodias. Vt hisdem rectoribus gubernetur:
quos operis tui vicarios eidem contulisti pesse pa
stores. Qti deo cum angelis ⁊ archangelis cū thro
nis et dominationibus. Cunqz omni militia cele/
stis exercitus hymnum glorie tue canimus sine fine
dicentes.

In festo maiori duplici.

Oremus ꝑceptis salutarib⁹ moniti: ⁊ diuina
institutione formati audemus dicere Pater noster
qui es in celis sanctificetur nomen tuum. Adueniat
regnū tuū. Fiat voluntas tua sicut in celo ⁊ in terra
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie Et
dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos dimittimus
debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tempta/
tionem.

Sub nota mediocri.

Oremus ꝑceptis salutarib⁹ moniti: ⁊ diuina
institutione formati audemus dicere Pater noster
qui es in celis sanctificetur nomen tuum. Adueniat
regnū tuū. Fiat voluntas tua sicut in celo ⁊ in terra
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et
dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos dimittimus
debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tempta
tionem.

Sub nota triũm lectionũ ⁊ feriali.

Oremus preceptis salutaribꝰ moniti: et diuina
institutione formati audemus dicere Pater noster
qui es in celis sanctificetur nomen tuum. Adueniat
regnũ tuũ. Fiat voluntas tua sicut in celo ⁊ in terra
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et
dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos dimittimus
debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tempta-
tionem.

In festo ma/
iori duplici.

Te missa est

Aliud

Te benedicti z electi in viam pacis pro vo/

bis deo patri hostia missa est

Aliud

Te mis sa est

De dña solene.

Te

Alia de dña min9 solénia que
etiam canuntur de virginibus.

mis sa est

Te missa est Gloria in

excelsis de o Te missa est

Gloria in excelsis de o Te missa est

In officio trium lectionū de dña.

Benedicamus domino

De apostolis

Gloria in excelsis de o

Te mis sa est

De martyribus

Gloria in excelsis deo Solēne Te

mis sa est Aliud de mar tyrib⁹. Te mis sa est

De confessorib⁹ gloria vt solēne.

Te mis sa est

In officio trium lectionū de sctis.

Benedicamus domino

Dñicale

Gloria in excelsis de o

Aliud dominicale.

Gloria in excelsis deo

Te missa est

Dñicis diebus in quadragesima

Benedicamus domino

Diebus ferialibus in quadragesima

Benedicamus domino

Alijs diebus ferialibus

Benedicamus domino

Dñicis dieb⁹ in aduentu

Benedicamus domino

Tempore paschę

Gloria in excelsis deo

Tempore paschę

Te missa est alleluia

In officio paſcali
tríum lectionum.

Benedicam⁹ dño alleluia

Te benedicti ⁊ electi in viã pacis pro vobis

Maius ſoléne de
beata virgine.

marie filius hostia miſſa eſt.

Ore do in vnum de um

In ſũmis feſtis

Ore do in vnum de um

In feſtis cum
pleno officio.

Ore do in vnum deum

Dñicis dieb⁹ toti⁹ ãni

Ore do in vnum de um

TE igitur clementissime pater per ihesum christum filiuz tuum dñm nostruz: supplices rogamus ac petim⁹: vti accepta habeas et benedicas: Hec ✠ dona. Hec ✠ munera. Hec sanc ✠ cta sacrificia illibata. In primis que tibi offerimus pro ecclesia tua sancta catholica quaz pacificare: custodire: adunare: et regere digneris: toto orbe terrarū: vna cuz famulo tuo papa nostro. N. et antistite nostro. N. et rege nostro. N. et omnibus orthodoxis atqz catholice et apostolice fidei cultoribꝫ. Memento dñe famulorum famularūqz tuarz. Memoria vivorū. Et omniū circūastantiū quoruz tibi fides cognita est et nota devotio: pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis: pro se suisqz oībus: pro redemptione aiaruz suarz: p spe salutis et incolumitatis sue

tibi reddunt vota sua eterno deo viuo
& vero. Cõmunicantes & memoriam
venerantes: in primis gloriose semper
virginis marie genitricis dei: & dñi nri
iesu xpi Sed & beatorũ apostolorũ ac
martyrũ tuorũ Petri Pauli Andree
Iacobi Iohannis Thome Iacobi
Philippi Bartholomei Mathei Si-
monis & Thathei Lini Cleti Cleme-
tis Sixti Cornelij Cipriani Laure-
tij Crisogoni Iohãnis & Pauli Cos-
me & Damiani Et omniũ sanctorum
tuorũ quoꝝ meritis ꝑcibusq; ꝓcedas:
vt in oĩbus semper prote✠ctionis tue
muniamur auxilio. Per eundẽ christũ
dñm nrm amen. Hanc igit' oblationẽ
seruitutis nre: sed et cuncte familie tue
q̃sumus dñe vt placat' accipias: diesq;
nostros in tua pace disponas: atq; ab
eterna damnatione nos eri✠pi: et in
electoꝝ tuoꝝ iubeas grege numerari.
Per christum dñm nrm amen. Quam
oblationẽ tu de' in oĩbus q̃sumus Be-
ne✠dictam Assc ri✠ptã Ra✠tam

Rationabilē acceptabilēq; facere di/
gneris: vt nobis Cor+p' ⁊ San+/
guis fiat dilectissimi filij tui dñi nostri
iesu xpi Qui pridie q; pateret accepit
panē in sanctas ac venerabiles man'
suas: ⁊ elevatis oculis in celū ad te deū
patrē suū oipotentez: tibi gras agens
Bene+dixit Fregit dedit discipulis
suis dicens. Accipite ⁊ manducate ex
hoc omnes. Hoc est enim corpus meū
Simili modo postq; cenatū est Acci/
piens ⁊ hūc preclarū calicē in sanctas
ac venerabiles manus suas: item tibi
gratias agens Bene+dixit dedit di/
scipulis suis dicens. Accipite ⁊ bibite
ex eo oēs. Hic est enim calix sanguinis
mei noui ⁊ eterni testamēti: mysteriuz
fidei: qui pro vobis ⁊ pro multis effun/
detur in remissionē peccatorum. Hec
quotienscunq; feceritis in mei memo/
riam facietis. Unde et memores dñe
nos serui tui: sed ⁊ plebs tua sācta eius/
dem xpi filij tui dñi dei nri: tam beate
passiōis necnō et ab inferis resurrecti/

onis: sed ⁊ in celos gloriose ascẽsionis
offerim⁹ preclare maiestati tue: de tuis
donis ac datis hostiam puram hos-
tiam sanctam hostiam imaculatam
tam Panem sanctum vite eterne: ⁊
Calicem salutis perpetue. Supra q̃
propicio ac sereno vultu respicere dig-
neris ⁊ accepta habere: vti accepta ha
bere dignat⁹ es munera pueri tui iusti
abel: ⁊ sacrificium patriarche nr̃i abra
he: ⁊ quod tibi obtulit sũmus sacerdos
tuus melchisedech sanctũ sacrificium:
imaculatam hostiã. Supplices te ro-
gam⁹ oipotens deus: iube hec perferri
per manus sancti angeli tui in sublime
altare tuum in conspectu diuine maie-
statis tue: vt quotquot ex hac altaris
participatione sacrosanctis filij tui
corpus ⁊ sanguinem sumpserim⁹:
omni bene dictione celesti et gratia
repleamur. Per eundẽ xp̃m dn̄m nr̃m.
Memento etiam domine famulorum
famularumq; tuarum. N. qui nos pre-
cesserunt cũ signo fidei: et dormiunt in

ſomno pacẽ. **Hic nomina mortuorum recita.** Ipſis dñe ⁊ omnibus in chriſto quieſcentibus locum refrigerij lucis ⁊ pacis: vt indulgeas deprecamur. Per eundem chriſtum dñm noſtrum amen

Nobis quoq; pctõribus famulis tuis de multitudine miſerationũ tuarũ ſperantibus partem aliquam et ſocietatẽ donare digneris cũ tuis ſctis apoſtolis ⁊ martyribus: cũ Johãne Stephano Mathia Barnaba Ignacio Alexandro Marcellio Petro Felicitate Perpetua Agatha Lucia Agna Cecilia Anaſtaſia Et cum oĩbus ſanctis tuis Intra quor nos ꝑſortiũ nõ eſtimator meriti ſed venie q̃ſum⁹ largitor admitte. Per xp̃m dñm noſtrũ. Per quẽ hec oĩa dñe ſẽper bona creas. Sanctificas Uiuificas Benedicis ⁊ preſtas nobis Per ipſũ ⁊ Cũ ipſo ⁊ In ipſo eſt tibi deo pr̃i oipotẽti i vnitate ſpũſſcti oĩs honor ⁊ gloria. Per oĩa ſecula ſeculorũ. Orem⁹. Preceptis ſalutaribus moniti: ⁊ diuina inſtitutiõe formati audemus

dicere. Pater noster qui es in celis sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in celo ⁊ in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos dimittimus debitoribꝰ nostris. Et ne nos inducas in tentationē Sed libera nos a malo Amē

Libera nos quesumꝰ domine ab omnibus malis preteritis: presentibus: ⁊ futuris: ⁊ intercedēte beata ⁊ gloriosa semper virgine dei genitrice Maria: ⁊ beatis apostolis tuis Petro ⁊ Paulo atqꝫ Andrea cum oībus sanctis tuis Da propicius pacē in diebus nostris: vt ope misericordie tue adiuti: ⁊ a peccato simꝰ semper liberi: ⁊ ab omni perturbatione securi. Per eundem dominum nostrum ihesum christum filiū tuum. Qui tecū vivit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus.

Per omnia secula seculorum. Pax ✠ domini sit ✠ semper vo ✠ biscum. Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nobis. Agnꝰ dei qui tollis peccata mundi miserere nobis. Agnus dei qui tollis peccata mundi. Dona nobis pacē. Pro defunctis dicatur. Dona eis requiem sempiternaz

Fiat cõmixtio et cõsecratio corporis et sanguinis domini nostri ihesu cristi accipientibus nobis vita eterna amẽ **Ad pacem osculando dicit.** Domine ihesu christe qui dixisti apostolis tuis: pacem meam do vobis: pacem meam relinquo vobis: ne respicias peccata mea: sed fidez ecclesie tue: eamqz scdm voluntatẽ tuã pacificare: custodire: adunare: z regere digneris. Qui cum deo patre z spiritu sancto vivis ac regnas **Hic eleuet se z osculet altare dans pacẽ ministro dicens.** Pax tecũ z ecclesie vade in pace. **H**abete vinculũ pacis z caritatis vt apti sitis sacrosanctis mysterijs christi. **D**omĩe ihesu christe qui ex voluntate patris cooperãte spiritu sancto: per mortez tuam mundum vivificasti: libera me queso per hoc sacro sanctum corpus et sanguinẽ tuum: ab omnibus iniquitatibus meis: z fac me tuis obedire mandatis: z nunqz a te separari. Qui cum deo in vnitate eiusdẽ spiritus sancti vivis zc. **Quibus dictis**

erigens se et reuerenter accipiens pa-
tenam dicat. Panem celestem accipi-
am & nomen domini inuocabo. Dein-
de dicat ter. Domine non sum dignus
vt intres sub tectum meum: sed salua
me fac & saluus ero: quoniã laus mea
tu es. Hic recipiat corpus domini & di-
cat. Corpus domini nostri ihesu chri-
sti: custodiat animam meam in vitam
eternam amen. Hic accipiat calicem &
dicat cum reuerentia. Quid retribuã
domino pro omnib' que retribuit mi-
hi. Calicem salutaris accipiam et no-
men domini inuocabo. Laudans in-
uocabo dominum: & ab inimicis meis
saluus ero. Hic sumat sanguinem & di-
cat. Sanguis domini nostri ihesu xpi
custodiat animam meam in vitam eter
nam amen. Postq̃ manducauerit di-
cat. Quod ore sumpsim' dñe: pura mẽ
te capiam' : & de munere tẽporali fiat
nobis remediũ sempiternũ. Alia oro.

Corpus tuū dñe quod sumpsi: ⁊ sanguis quē potaui: adhereat visceribus meis ⁊ presta: vt in me non remaneat scelerū macula: quē pura ⁊ sancta refecerūt sacramēta. Qui vivis ⁊c. Antecz dicat Dñs vobiscū: osculet altare. Itē cantando Ite missa est. vel. Benedicamus dño. Qua cōpleta benedicat populū ⁊ secreto dicat hanc orationem.

Placeat tibi sancta trinitas obsequiū seruitutz mee ⁊ presta: vt hoc sacrificiū quod oculis tue maiestatis indignus obtuli tibi sit acceptabile: mihiqz ⁊ omnibus pro quibus illud obtuli sit tua miserante propiciabile. Per xp̄m dñm.

Dñica prima post pentheco-
sten de qua agit feria secunda
post trinitatꝭ vel alia feria con
uenienti alio festo nouē lectio-
num impediente scōm feriam

Introitus.



Omine in tua
misericordia sp
eraui exultauit
cor meum in sa-
lutari tuo can-
tabo domino q
bona tribuit mi
hi. ps. Usqzquo dñe obliuiscerꝭ me
in finem vsqz quo auertis faciē tuaz
Deus in te a me Oratio.
Osperantiū fortitudo ade-
sto propicius in vocationibus
nostris: et quia sine te nihil pōt
mortalis infirmitas presta auxi
lium gratie tue: vt inexequen-
dis mandatis tuis: et voluntate
tibi et actione placeamus. Per
Johis apli. iiij. ca. prime epla.
Karissimi deus caritas est
In hoc apparuit caritas
dei in nobis: quoniā filiū suuz
vnigenitū misit deus in mun-
dum vt viuamus per eum. In
hoc est caritas: non quasi nos
dilexerimus deuz: sed quoniaz
ipse prior dilexit nos. Et misit
filium suuz propiciationē pro
peccatis nostris. Karissimi: si sic
deꝰ dilexit nos. et nos debemꝰ
inuicem diligere. Deuz nemo
vidit vnquā. Si diligamus in
uicem: deus in nobis manet: et
caritas eius in nobis perfecta
est. In hoc intelligimꝰ quoniā
in eo manemus et ipe in nobis
quoniam de spiritu suo dedit
nobis. Et nos vidimus et testi-
ficamur: quoniā pater misit fi-
liū suū saluatorē mundi. Quis-
quis confessus fuerit quoniaz
ihesus est filius dei. deus in eo
manet et ipse in deo. Et nos co
gnouimus et credimus caritati
quā habet deus in nobis deus
caritas est. Et qui manet in ca-
ritate: in deo manet et deus in
eo. In hoc est perfecta caritas
nobiscū vt fiduciā habeamus
in die iudicij: quoniaz sicut ille
est: et nos sumus in hoc mūdo
Timor non est in caritate. Sz
perfecta caritas foras mittit ti-
morē: qm timor penam habet
Qui aūt timet nō est perfectꝰ
i caritate. Nos ergo diligamꝰ
deum: quoniā deus prior dile-
xit nos Si quis dixerit quoniā
diligo deum et fratrē suū ode-
rit: mendax est. Qui enim non
diligit fratrē suum quez videt:
deum quez non videt quomo
do pōt diligere? Et hoc māda-
tū habemus a deo: vt qui dili-
git deum diligat et fratrem suū
Ego dixi domine misere-
re mei sana animā meam quia pec-
caui tibi. ℣. Beatꝰ qui intelligit sup
egenū et pauperem in die mala libe
rabit eū dns. Alla. ℣. Uerba mea
auribus percipe dñe intellige clamo
rem meum. Euangeliū scōm lu-
cam. xvj. Homo quidā erat di-
ues et induebat purpura. Feg-
re feria quinta post dñicaz Re
miniscere. Offertꝭ. Intende voci
orationis mee rex meus et deus meꝰ

qm̃ ad te orabo dñe. Secreta.
Hostias nostras dñe tibi dicatas placatus assume: et ad ꝑpetuũ nobis tribue puenire subsidiũ ꝑ dñm. Cõmu. Narrabo omia mirabilia tua letabor et exultabo in te psallam nomini tuo altissime. Complen. Tantis dñe repleti muneribus presta quesumus vt et salutaria dona capiamus: et a tua nunq̃ laude cessemus. ꝑ. Feria quarta Lectio ad Colosenses. iij.
Fratres: Mortificate mẽbra vestra que sunt super terrã fornicationem: immundiciaz: libidinem: concupiscentiã malã et auariciam que est idolorum seruitus. ꝓpter q̃ venit ira dei in filios incredulitatis. In quibus et vos ambulastis aliquando cum viueretis in illis. Nũc aũt deponite et vos omnia irã indignationẽ: maliciã: blasphemiã: et turpem sermonẽ de ore vestro. Nolite mentiri inuicez expoliantes vos veterem hominẽ cum actibus suis: et induentes nouũ eum qui renouat in agnitionẽ dei scõm imaginẽ eius qui creauit eum: vbi non est gentilis et iudeus: circũcisio et prepucium: barbarus et scyta seruus et liber: sed omnia et in omnib9 xps qui est benedict9 in secula seculorum. Amen.
Scõm Matheum. v. ca.
In illo tpe. d. i. d. s. Nolite putare: quoniã veni soluere legem aut prophetas. Nõ veni soluere sed adimplere. Amen quippe dico vobis: donec trã seat celum et terra iota vnũ aut vnus aper non preteribit a lege: donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnuz de mandatis istis minimis et docuerit sic homines: minimus vocabit in regno celorum. Qui aũt fecerit et docuerit: hic magnus vocabit in regno celorum. Feria sexta
Lectio ad Galathas. iij.
Fratres: Abraham credidit deo: et reputatũ est ei ad iusticiam. Cognoscite ergo: quia qui ex fide sunt: hi sũt filij abrahe: prouidens aũt scriptura q2 ex fide iustificat gentes de9: ꝑnunciauit abrahe: quia benedicent in te omnes gentes. Igit qui ex fide sunt: benedicent cũ fideli abrahaz. Quicũq; eñ ex operibus legis sunt: sub maledicto sunt. Scriptum est enim maledictus omnis qui nõ permanserit in omnibus que scripta sunt in libro legis vt faciat ea. Quoniaz aũt in lege nemo iustificat apud deum: manifestũ est quia iustus ex fide viuit.
Scõm Lucam. xvij. capi.
In illo tempore dixit ihesus discipulis suis. Impossibile est vt non veniant scandala. Ue aũt illi per quem veniunt vtilius est illi si lapis molaris imponatur circa collũ eius et proiciatur in mare: q̃m vt scandalizet vnum de pusillis istis. Attendite vobis. Si peccauerit in te frater tuus: increpa illũ Et si penitentiã egerit: dimitte

illi. Et ſi ſepties in die peccauerit in te ⁊ ſepties in die conuerſus fuerit ad te: dicens penitet me dimitte illi. Et dixerũt apoſtoli domino Adauge nobis fidem. dixit aũt dñs. Si habueritis fidem ſicut granuz ſinapis dicetis huic arbori moro eradicare ⁊ tranſplantare in mare ⁊ obediet vobis. Quis autem veſtrũ habens ſeruum arantẽ aut paſcentẽ boues qui regreſſo de agro dicat illi ſtatim: tranſi: recumbe: ⁊ non dicet illi para quod cenem: ⁊ precinge te ⁊ miniſtra mihi donec manducem ⁊ bibam: ⁊ poſt hec tu mãducabis ⁊ bibes. Nunquid gratiam habet ſeruo illi: quia fecit que ei imperaucrat. Nõ puto. Sic ⁊ vos cuz feceritis omnia que p̃cepta ſunt vobis dicite. Serui inutiles ſumus: qđ debuimus facere fecimus.

Dominica ſecunda Introit⁹.

Factus eſt domin⁹ protector meus ⁊ eduxit me in latitudinem ſaluum me fecit quoniaz voluit me. p̃s. Diligam te domine virtus mea dominus firmamentum meuz ⁊ refugium meũ.

Oratio.

Sancti nominis tui dñe timorem pariter ⁊ amorez: fac nos habere perpetuũ: quia nũquam tua gubernatione deſtituis: quos in ſolidítate tue dilectionis inſtituis. ꝑ dñm.

Lectio Johannis apli. iij. epl̃e

Kariſſimi nolite prime. Kmirari: ſi odit vos mundus. Nos ſcimus quoniaz trãſlati ſumus de morte ad vitam quoniã diligim⁹ fratres. Qui non diligit: manet in morte. Omnis qui odit fratrem ſuuz homicida eſt. Et ſcitis quoniaz omnis homicida nõ habet vitam eternam in ſe manentem. In hoc cognouimus caritatẽ dei: quoniam ſicut ille pro nobis animã ſuam poſuit. Et nos debem⁹ pro fratribus animas ponere. Qui habuerit ſubſtantiam huius mũdi: ⁊ viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere. Et clauſerit viſcera ſua abeo: quomodo caritas dei manet in eo. Filioli mei: non diligam⁹ verbo neqz lingua Sed opere ⁊ veritate. **Grad.** Ad dominum cum tribularer clamaui ⁊ exaudiuit me. ℣ Domine libera animam meam a labijs iniquis ⁊ a lingua doloſa. Alleluia. ℣. Domine ne in ira tua arguas me neqz in furore tuo corripias me. **Scõm lucam**

In illo tempore. Dixit ihesus diſcipulis ſuis. parabolam hanc. Homo quidam fecit cenam magnam. Et vocauit multos. Et miſit seruum ſuum hora cene dicere inuitatis vt venirent: quia iam parata ſunt omnia. Et ceperũt ſimul omnes excuſare. Primus dixit illi: villam emi: ⁊ neceſſe habeo exire ⁊ videre illam. Rogo te: habe me excuſatum. Et alter dixit. Juga boũ emi qnqz ⁊ eo probare illa. Rogo te: habe me excuſatum Et alius dixit vxorem duxi: ⁊ ideo nõ poſſuz

venire. Et reuersus seruus nũ ciauit hec dño suo. Tunc irat⁹ paterfamilias: dixit seruo suo. Exi cito in plateas ⁊ vicos ciui tatis: ⁊ pauperes ac debiles: ⁊ cecos ⁊ claudos introduc huc. Et ait seruus. Dñe factũ est vt imperasti. Et adhuc locus est. Et ait dñs seruo. Exi in vias ⁊ sepes ⁊ cõpelle intrare: vt im/ pleat domus mea. dico aũt vo bis: quod nemo virorum illo/ rum qui vocati sunt gustabit ce nam meam. **Offert.** Domine conuertere ⁊ eripe animã meam sal uum me fac propter misericordiam tuaz. **Secreta.** Oblatio nos do mine tuo nomini dicanda pu/ rificet. Et de die in diem ad ce/ lestis vite transferat actionem Per dñm. **Cõmu.** Cantabo do/ mino qui bona tribuit mihi ⁊ psallaz nomini dñi altissimi. **Compleũ.** Sumptis muneribus domi/ ne quesumus: vt cum frequen tatione misterij crescat nostre salutis effectus: Per dominũ.

Feria quarta Lectio Johãnis apostoli .j. cap'lo ep'le prime.

Karissimi: Hec est annũ/ ciatio quã audiuimus ab eo ⁊ annũciamus vobis: quo/ niam deus lux est ⁊ tenebre nõ sunt in eo vlle. Si dixerimus quoniã societatẽ habemus cũ eo ⁊ in tenebris ambulabimus mentimur ⁊ veritatẽ non faci/ mus Si aũt in luce ambulam⁹ sicut ⁊ ipse est in luce: societatẽ habemus adinuicez: ⁊ sanguis ihesu xpi filij eius emũdat nos ab omni peccato. Et si dixeri/ mus quoniã peccatũ nõ habe/ mus ipsi nos seducimus Et ve ritas in nobis nõ est. Si confi/ teamur peccata nostra: fidelis est de⁹ ⁊ iustus vt remittat no/ bis peccata nostra: ⁊ emundet nos ab omni iniquitate. Si di xerimus quoniam nõ peccaui mus: mendacẽ facimus eum: ⁊ verbum eius in nobis nõ est.

Scõm lucam. ix. capitulo.

In illo tpe. Accedentes di/ scipuli ad ihesum dixerunt illi: dimitte turbas vt euntes in ca stella villasq; que circa sunt di/ uertant ⁊ inueniãt escas: quia hic in loco deserto sumus. Ait aũt ad illos. Vos date illis mã, ducare: at illi dixerunt. Non sũt nobis plus q̃ quinq; panes ⁊ duo pisces: nisi forte nos ea/ mus ⁊ emamus in omnez hãc turbam escas. Erant autem vi/ ri fere quinq; milia. Ait aũt ad discipulos suos: facite illos dis/ cũbere p̃ q̃uuia qnquagenos ⁊ ita fecerũt ⁊ discubuerũt oẽs Acceptis aũt quinq; panibus ⁊ duobus piscibus respexit in celum ⁊ benedixit illis: ⁊ fregit ⁊ distribuit discipl'is suis vt po nerent ante turbas. Et mandu cauerunt omnes ⁊ saturati sũt.

Feria sexta Lectio Ad Roma nos. iij.

Fratres: Arbi/ tramur eñ iustificari ho/ minẽ per fidem sine operibus legis an iudeorum deus tantũ Nõne ⁊ gentiũ: ymo ⁊ gentiũ quõm quidem vnus deus qui

iustificat circūcisionē ex fide: ⁊ prepucium per fidem: legē aūt destruim⁹ per fidē: absit. Sed legem statuimus. Quid ergo dicemus inuenisse abraham patrem nostrū scōm carnem. Si enim abraham ex operibus legis iustificat⁹ est: habet gloriaz sed non aput deum. Quid eñ dicit scriptura. Credidit abraham deo: ⁊ reputatuz est illi ad iusticiam. Ei aūt qui operatur merces nō imputaī scōm gratiam: sed scōm debitum. Ei vero qui nō operaī credenti aūt in eum q iustificat impiū: reputaī fides eius ad iusticiam.

In Scōm Lucam. viij. capi.

In illo tempore. Venit ad iesum vir cui nomen iayrus: ⁊ ipse princeps synagoge erat Et cecidit ad pedes iesu: rogans eum vt intraret domum eius: quia filia vnica erat illi fere annorum duodecim: ⁊ hec moriebaī ⁊ contigit dum iret: a turbis comprimebatur: ⁊ mulier quedā erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim que in medicos erogauerat omnem substantiam suam: nec ab vllo potuit curari accessit retro ⁊ tetigit fimbriam vestimenti eius Et confestim stetit fluxus sanguinis ei⁹. Et ait iesus. Quis est qui me tetigit. Negantibus aūt omnib⁹: dixit petrus ⁊ qui cum illo erant. Preceptor turbe te comprimūt ⁊ affligūt. Et dicis quis me tetigit. Et dixit iesus: Tetigit me aliquis. Nā ego noui virtutē de me exisse. Videns autē mulier quia non latuit: tremēs venit ⁊ procidit ante pedes ei⁹. Et ob quā causam tetigerit eum indicauit coraz omni populo: ⁊ quēadmoduz confestim sanata sit: at ipe dixit illi filia: fides tua te saluaz fecit vade in pace. Adhuc illo loquente: venit quidā ad principē synagoge dicēs ei. Quia mortua est filia tua: noli vexare illū. Iesus audito hoc verbo: respōdit patri puelle: noli timere: crede tm̄ ⁊ salua erit. Et cum venisset domum: nō permisit intrare secum quēquā nisi petrum ⁊ iacobuz ⁊ iohannē ⁊ patrem ⁊ matrem puelle: flebant aūt omnes ⁊ plangebant illam: at ille dixit. Nolite flere. Non est enim mortua puella: sed dormit. Et deridebant euz scientes quia mortua esset: ipe aūt tenens manū eius. Clamauit dicens. ℣ Puella surge. Et reuersus est spirit⁹ ei⁹: ⁊ surrexit continuo. Et iussit illi dari māducare. Et stupuerūt parentes eius. Quib⁹ precepit ne alicui dicerent quod factū fuerat.

Dñica tercia Introitus.

Espice in me ⁊ miserere mei domine quoniam vnicus ⁊ pauper sum ego: vide humilitatem meam ⁊ laborem meuz ⁊ dimitte omnia peccata mea deus meus. ℣. Ad te dñe leuaui animaz meam deus meus in te confido non erubescam. Oro

Protector in te sperantiū de⁹: sine quo nihil est va

lidum nihil sanctum multipli-
ca super nos misericordiã tuã:
vt te rectore te duce sic trãsea-
mus per bona temporalia: vt
non amittamus eterna. Per.
Lectio epistole beati petri apli
K v. capitulo ep'le prime.
Karissimi. Humiliamini
sub potenti manu dei: vt vos
exaltet in tempore visitationis
omnem sollicitudiné vestram
proijcientes in eum: quoniam
ipsi cura est de vobis. Sobrij
estote ⁊ vigilate: quia aduersa-
rius vester diabolus tanq̃ leo
rugiens circuit querens quem
deuoret: cui resistite fortes ĩ fi-
de: scientes eandem passionez
ei que in mundo est vestre fra-
ternitati fieri: deus aũt omnis
gratie qui vocauit nos in eter-
nam suam gloriam in xp̃o ih̃e-
su modicũ passos: ipse p̃ficiet
⁊ confirmabit solidabitq̃. Ipsi
gloria ⁊ imperiũ in secula secu-
lorum amen. Grad. Iacta cogi
tatũ tuum in domino ⁊ ipse te enu-
triet. ℣. Dum clamarem ad domi-
num exaudiuit vocem meam ab his
qui appropinquant mihi. Alleluia
℣. Domine deus meus in te spera-
ui saluum me fac ex omnibus perse-
quentibus me ⁊ libera me. Scõm
L In illo tempore. Lucã. xv
Erant appropinquantes
ad ih̃esum publicani ⁊ peccato
res vt audirent illum. Et mur-
murabant pharisei ⁊ scribe di-
centes. Quia hic peccatores re
cipit ⁊ manducat cum illis. Et
ait ad illos parabolam istam di
cẽs. Quis ex vobis homo qui
habet centum oues: ⁊ si perdi-
derit vnam ex illis: nonne di-
mittit nonagintanouem in de
serto ⁊ vadit ad illam que pe-
rierat donec inueniat illam. Et
cum inuenerit eam: imponit ĩ
humeros suos gaudens: ⁊ ve-
niés domũ: conuocat amicos
⁊ vicinos dicens illis. Congra
tulamini mihi: quia inueni ouẽ
meam que perierat. Dico autẽ
vobis: quod ita gaudiũ erit in
celo super vno peccatore peni
tentiã agente: quam supra no-
nagintanouem iustis qui non
indigent penitẽtia: aut que mu
lier habens dragmas decem. ⁊
si perdiderit dragmam vnam
nonne accẽdit lucernã ⁊ euer-
tit domum: ⁊ querit diligenter
donec inueniat. Et cuz inuene
rit conuocat amicas ⁊ vicinas
dicens. Congratulamini mihi
quia inueni dragmam quã per
diderã. Ita dico vobis gaudiũ
erit coraz angelis dei sup̃ vno
peccatore penitentiam agente
Sperent in te omnes Offerto.
qui nouerunt nomen tuum domine
quoniam non derelinquis querẽtes
te psallite domino qui habitat in sy-
on quoniam non est oblitus oratio-
nem pauperuz. Secreta. Respi
ce domine munera supplican-
tis ecclesie ⁊ saluti credentium
perpetua sanctificatione sumẽ
da concede. Per dñm. Cõmu.
Ego clamaui quoniã exaudisti me
deus inclina aurem tuam ⁊ exaudi
verba mea. Compleñ. Sancta

tua nos dñe sumpta misteria
viuificēt ⁊ misericordie sempi
terne prepārēt expiatos. ℘er
Feria quarta Ad colosenſ. iij.
Fratres: Omne qcūqꝫ
facitis in verbo autī ope
re omnia in nomīe dñi ihu xpi
facite gratias agentes deo ⁊ pa
tri per ipsum: mulieres subditi
estote viris. Sicut oportet in
domio: viri diligite vxores ve
stras: ⁊ nolite amari esse ad il
las: filij: obedite parentibus p
omnia: hoc enim placitum est
ī domino: patres nolite ad ira
cundiā ꝓuocare filios vestros
vt nō pusillo animo fiāt. Ser
ui: obedite ꝑ omnia dominis
carnalibus: non ad oculuz ser
uientes quasi hominibus pla
centes: sed in simplicitate cor
dis timentes deū. Quodcūqꝫ
facitis ex animo facite: ⁊ opera
mini sicut dño ⁊ non hominī
bus: scientes quod a dño acci
pietis retributionē hereditatis
per ihesum xpm dñm nostruz
Scōm Matheū. v. capi.
In illo tempore. dixit ihe
sus discipulis suis. Esto cōsen
tiens aduersario tuo cito dum
es cum eo in via: ne forte tra
dat te aduersarius iudici: ⁊ iu
dex tradat te ministro: ⁊ in car
cerem mittaris. Amen dico ti
bi: nō exies inde donec reddas
nouissimū quadrantē: audistis
quia dictū est antiquis nō me
chaberis. Ego autem dico vo
bis: quoniam omnis qui vide
rit mulierem ad concupiscen
dū eam: iam mechatus est eam
in corde suo: ꝙ si oculus tuus
dexter scandalizat te: erue eum
⁊ proijce abste. Expedit enim ti
bi vt pereat vnū membrorum
tuorum: qꝫ totū corpus tuum
mittat in gehennam. Et si de
xtera manus tua scandalizat te
abscide eam ⁊ proijce abste. Ex
pedit enim tibi: vt pereat vnū
membrorum tuorum: qm to
tum corpus tuum eat in gehē
nam. Feria sexta Lectio iaco
Karissimi: Noli bi apli. ij.
te imꝑsonarū acceptio
ne habere fidem dñi nostri ihe
su xpi glorie. Etenim si introie
rit in conuentum vestrum vir
aureum annulū habens in ve
ste candida: introierit autem ⁊
pauper in sordido habitu: ⁊ in
tendatis in eum qui indut⁹ est
veste preclara: ⁊ dixeritis ei: tu
sede hic bene: pauperi aūt dica
tis tu sta illic aut sede sub scabel
lo pedum meorum: nonne iu
dicatis apud vosmetipsos: ⁊
facti estis iudices cogitationuz
iniquarū: audite fratres mei di
lectissimi. Nonne deus elegit
pauperes in hoc mundo diui
tes in fide ⁊ heredes regni: qd
repromisit deus diligentibus
se. Vos aūt exhonorastis pau
perem. Nonne diuites per po
tentiam opprimūt vos: ⁊ ipsi
trahunt vos ad iudicia. Non
ne ipsi blasphemant nomē bo
num quod inuocatum est sup

vos. Si tamen legem perficitis regalem scom scripturas diliges proximum tuum sicut te ipsum: benefacitis. Si aũt personas accipitis peccatũ operamini. Scom marcum. xj.

In illo tępore. Introiuit ihesus hierosolymã in tẽplum: ⁊ circumspectis omnib⁹ cum iam vespera esset hora exiuit in bethaniam cum duodecim. Et alia die cum exiret a bethania esurijt. Cumq3 vidisset a longe ficum hãbentem folia venit si quid forte inueniret in ea. Et cum venisset ad eam: nihil inuenit i ea preter folia: nõ eñ erat tempus ficoruz. Et respondens dixit ei. Jaz non amplius in eternum quisquaz fructum ex te manducet. Et audiebant discipuli eius: ⁊ venerunt hierosolymam. Et cuz introisset in templum: cepit eijcere vendentes ⁊ ementes in tẽplo. Et mensas nũmulariorum ⁊ cathedras vendentiũ columbas euertit: ⁊ non sinebat vt quisquã transferret vas p̃ templuz: ⁊ docebat dicens eis. Nõne scriptũ est quia domus mea domus orationis vocabit omnibus gentibus: vos autez fecistis illaz spelunca latronum. Quo audito principes sacerdotum ⁊ scribe querebãt quomodo euz perderent. Timebãt eñ eum: quoniã vniuersa turba admirabatur super doctrina eius. Et cum vespera facta esset: egrediebatur de ciuitate. Et cuz mane transirent viderunt ficum aridam factam a radicibus. Et recordat⁹ petr⁹ dixit ei. Rabbi: Ecce ficus cui maledisti aruit. Et respondens ihesus ait illis. Habete fidẽ dei amen dico vobis quia quicũq3 dixerit huic mõti tollere ⁊ mittere in mare ⁊ non hesitauerit i corde suo: sed crediderit quia quodcũq3 dixerit fiat fiet ei.

Dñica quarta Introitus

Dominus illuminatio mea et salus mea quẽ timebo dominus defensor vite mee a quo trepidabo qui tribulãt me inimici mei ipi infirmati sũt ⁊ ceciderũt. ℘. Si cõsistant aduersuz me castra nõ timebit cor meũ

Da nobis domine quesumus: vt ⁊ mundi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigat: ⁊ ecclesia tua trãquilla deuotione letetur. ℘er. Oratio.

Lectio epl̃e beati ℘auli apl̃i. Ad Romanos. viij. capitulo.

Fratres: Existimo eñ qõ non sint cõdigne passiones hui⁹ tempor⁹ ad futurã gloriam que reuelabitur in nobis. Nam expectatio creature: reuelationem filioruz dei expectat. Vanitati eñ creatura subiecta est nõ volens: sed ꝓpter eũ qui subiecit eã in spe: quia et ipsa creatura liberabit a seruitute corruptõnis in libertatẽ glorie filioruz dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit ⁊ parturit vsq3 ad hũc: non

solum autem illa: sed ⁊ nosipsi primicias spiritus habentes: ⁊ ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum dei expectantes redemptionē corporis nostri: in xpo ihesu domino nostro. Propicius esto domine Grad. peccatis nostris nequando dicant gentes vbi est deus eorum. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster ⁊ propter honorem nominis tui domine libera nos. Alleluia. ℣. Deus iudex iustus fortis ⁊ patiens nunquid ira scet per singulos dies. Sōm lucā I N illo tempore. vj. capto dixit ihesus discipulis suis Estote ergo misericordes: sicut ⁊ pater vester celestis misericors est. Nolite iudicare: ⁊ nō iudicabimini. Nolite condemnare ⁊ non condemnabimini. Dimittite ⁊ dimittemini: date ⁊ dabitur vobis: mensuram bonam ⁊ conuertam ⁊ coagitatam ⁊ super effluentem: dabunt in sinum vestrū. Eadem quippe mensura qua mēsi fueritis: remetiet vobis. Dicebat autem ⁊ illis similitudinem. Nunquid potest cecus cecum ducere. Nō ne ambo in foueā cadunt. Nō est discipulus super magistrum perfectus autem omnis erit: si sit sicut magister ei⁹. Quid autem vides festucā in oculo fratris tui: Trabem autez que in oculo tuo est non consideras aut quomodo poteris dicere fratri tuo frater: sine eijciam festucam de oculo tuo ipse i oculo tuo trabē non vides. hypocrita: eijce primum trabem de oculo tuo. Et tūc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui. Offert. Illumina oculos meos nequando obdormiam in morte nequando dicat inimicus meus preualui aduersus eū. Secre. Oblationibus nris qms domine placare susceptis: ⁊ ad te nostras etiam rebelles cōpelle propicius voluntates. Per. d. Dominus firmamentum Cōmu. meum ⁊ refugium meum ⁊ liberator meus deus meus adiutor meus. Misteria nos do- Complen. mine sumpta sancta purificent ⁊ suo munere tueant. Per do.

Feria quarta. Lectio ad ephe. F Ratres: Non sios. j. ca. cesso gratias agens pro vobis: memoriam vestri faciēs in orationibus meis: vt deus domini nostri ihesu christi: pater glorie det vobis spiritum sapientie ⁊ reuelationis in agnitionē eius illuminatos oculos cordis vestri: vt sciatis que sit spes vocationis eius: que diuicie glorie hereditatis ei⁹ in sanctis. Et que sit supereminens magnitudo virtutis eius i nos qui credimus: scōm operationem potentie virtutis eius quā operatus est in xpo: suscitans eū ex mortuis: ⁊ ꝯstituēs ad dexterā suā in celestib⁹ sup omnē principatū ⁊ ptātem ⁊ virtutē ⁊ dñationem: ⁊ omne nomē qđ nominat̄ i secula seculoꝝ amē.

Scom Matheum.xj.capitulo

In illo tempore. Cū veniſſet ihs in tēplū: acceſſerūt ad eum principes ſacerdotuz. Et ſeniores populi dicentes. In qua poteſtate hec facis. Et quis tibi dedit hanc poteſtatem. Reſpondens iheſus dicit illis. Interrogabo vos z ego vnū ſermonem:quem ſi dixeritis mihi z ego vobis dicaz in qua poteſtate hec facio:baptiſmus iohannis vnde erat:e celo an ex hominibus: at illi cogitabant intra ſe dicentes. Si dixerim9 e celo: dicet nobis qua re ergo non credidiſtis illi. Si aūt dixerimus ex hominibus timemus turbam: omnes enim habebant iohannem ſicut prophetam. Et reſpondentes iheſu dixerunt. Neſcimus: ait illis z ipſe. Neqz ego dico vobis:in qua poteſtate hec facio. Feria ſexta. Lectio epīe beati Jude

Kariſſimi:Cōmo apīi.j. knere vos volo ſciētes ſemel omnia quoniaz iheſus populum de terra egypti ſaluans ſecundo eos qui non crediderunt perdidit:angelos vero q non ſeruauerunt ſuum principatū. Sed dereliquerunt ſuuz domiciliū: i iudiciū magni dei vinculis eternis ſub caligie reſeruauit. Sicut ſodoma z gomorra z finitime ciuitates ſimili modo ſunt fornicate z abeūtes poſt carnem alteram facte ſunt exemplū ignis eterni penam ſuſtinentes: ſimiliter z hi qui carnem quidam maculant dñationem autez ſpernūt:maieſtatem aūt blaſphemant. Cū michael archangelus cum diabolo diſputās altercaretur de moyſi corpore: non eſt auſus iudicium inferre blaſphemie ſed dixit imperet tibi deus. Hi aūt quicūqz quidem ignorant blaſphemant: quecūqz autem naturaliter tanquaz muta animalia norunt:in his corrūpuntur. Ue illis qui i via chain abierunt z errore balaaz mercede effuſi ſunt. Et in contradictione chore abierunt. Hi ſunt in epulis ſuis male conuiuantes: ſine timore ſemetipſos paſcentes nubes ſine aqua que a ventis circūferunt arbores autūpnales ifructuoſe: bis mortue eradicate: fluctus feri marz despumantes ſuas cōfuſiones ſidera errantia. Quibus procella tenebrarū ſeruata eſt in eternum. Scom Matheū.xvij.

In illo tempore. Interrogauerunt iheſum diſcipuli dicētes. Quid ergo ſcribe dicūt:quod helyam oportet primum venire:at ille reſpondēs ait.helyas quidem ventur9 eſt z reſtituet omnia:dico aūt vobis:quia helyas iaz venit z nō cognouerunt eum:ſed fecerūt in eū quecūqz voluerunt. Sic z filiꝰ hominis paſſurus eſt ab eis. Tūc intellexerūt diſcipuli qz de iohe baptiſta dixiſſet eis.

Et cum veniſſet ad turbam: ac
ceſſit ad eum homo genib⁹ p
uolutus ante eum dicés. Dñe
miſerere filio meo: quia lunati
cus eſt: & male patiť: nam ſepe
cadit in ignez: & crebro in aquã
Et obtuli eum diſcipulis tuis.
& non potuerunt eum curare.
reſpondens ihesus ait, O ge-
neratio incredula & peruerſa:
quousq; ero vobiſcũ: vſq; quo
patiar vos: afferte huc illuz ad
me. Et increpauit illum ihesus
& exijt ab eo demoniũ. Et cura
tus eſt puer ex illa ora. Dñica

AXaudi quarta. Introitus
domine vocé meam qua cla-
maui ad te adiutor meus eſto ne de
relinquas me neq; deſpicias me de
us ſalutaris meus. ps. Dominus il
luminatio mea & ſalus mea quem ti

OEus qui mebo. Oratio.
diligentibus te bona in-
uiſibilia pparaſti: infunde cor-
dibus noſtris tui amoris affe-
ctum vt te in omnibus & ſuper
omnia diligẽtes promiſſiones
tuas que omne deſideriũ ſupe
rant conſequamur. Per dñm.
Lectio petri apoſtoli. j. iij. capl'

KAriſſimi: Omnes vnani
mes i oratione eſtote cõ-
patientes: fraternitatis amato
res: miſericordes: modeſti: hu
miles: non reddẽtes malũ pro
malo: nec maledictũ pro male-
dicto ſed econtrario benedicẽ
tes quia in hoc vocati eſtis: vt
benedictionẽ hereditate poſſi
deatis. Qui enim vult vitaz di
ligere & videre dies bonos: co
herceat linguaz ſuam a malo: &
labia ſua ne loquant dolum: de
clinet aũt a malo & faciat bonũ
inquirat pacem & ſequať eam
quia oculi domini ſuper iuſtoſ
& aures eius in preces eorum:
vultus aũt dñi ſuperfacientes
mala. Et quis eſt qui noceat vo
bis: ſi boni emulatores fueritis
ſed & ſi quid patimini propter
iuſticiam beati. Timorem aũt
eorum ne timueritis: vt nõ cõ-
turbemini dominũ aũt iheſuz
xpm ſanctificate in cordib⁹ ve
ſtris. Grad. Protector noſter aſ-
pice deus & reſpice ſuper ſeruos tu-
os. ℣. Domine deus virtutuz exau
di preces ſeruorum tuorum. All'a
℣. Diligam te domine virtus mea
dominus firmamentũ meum & refu
giũ meum. Scõm Lucã. v.

IN illo tempore. Cum tur-
be irruerent in iheſum vt
audirent verbum dei: & ipe ſta-
bat ſecus ſtagnum genazareth
& vidit duas naues ſtantes ſe-
cus ſtagnum. Piſcatores autẽ
deſcenderant: & lauabant recia
Aſcendens autez in vnam na-
uim que erat ſymonis rogauit
eum a terra reducere puſillum
Et ſedens docebat de naricula
turbas; vt ceſſauit aũt loqui: di
xit ad ſymonem. Duc in altuz
& laxate recia veſtra in capturã
Et reſpondens ſymon dixit il-
li. preceptor per totam noctez
laborantes nihil cepimus: in
verbo autem tuo laxabo rethe
Et cum hoc feciſſent: conclu-
ſerunt piſcium multitudinem

copioſam. Rumpebaꝫ autem rethe eoꝝ. Et annuerũt ſocijs qui erant in alia naui: vt venirent ⁊ adiuuarẽt eos. Et venerunt ⁊ impleuerũt ambas naui culas ita vt pene mergerentur Quod cuꝫ videret ſymon petrus: pcidit ad genua ihesu dicens. Exi a me: quia homo peccatoꝛ ſum dñe. Stupoꝛem cir cũdederat euꝫ ⁊ omnes qui cũ eo erant in captura piſciũ quã ceperãt. Similiter aũt iacobũ ⁊ iohannem filios zebedei qui erant ſocij ſymonis. Et ait ad ſymonem ihesus. Noli timere. Ex hoc iam homines eris capiens. Et ſubductis ad terrã nauibus: relictis omnibus ſecuti ſunt eum. Offert. Benedicam domino qui mihi tribuit intellectuꝫ prouidebaꝫ deum in conſpectu meo ſemper quoniã a dextris eſt mihi ne cõmouear. Secre. Propiciare dñe ſupplicationib9 noſtris et has oblationes famulorum famularumqꝫ tuaꝝ benign9 aſſũme vt quod ſinguli obtulerũt ad honoꝛem nominis tui: cunctis proficiat ad ſalutem. Per Unam petij a domino Comu. hanc requiram vt inhabitem in domo dñi omnibus diebus vite mee. Quos celeſti dñe do- Compl. no ſaciaſti: preſta queſumus: vt a noſtris mundemur occultis: ⁊ ab hoſtiũ liberemur inſidijs. Per dñm. Feria quarta. Lectio ad thimotheũ. ij. capto Kariſſime. Ob- eple pme ſecro primum omniũ fie ri obſecratiões: oꝛationes poſtulationes: gratiarũ actiones pro omnibuss hominibus: p regibus ⁊ omnibus qui in ſublimitate cõſtituti ſunt: vt quietam vitam ⁊ tranquillam agamus i omni pietate ⁊ caſtitate hoc enim bonũ eſt ⁊ acceptuꝫ cõram ſaluatoꝛe noſtro deo; q omnes homies vult ſaluos fieri: ⁊ ad agnitionem veritatis venire vnus enim deus: vnus ⁊ mediatoꝛ dei ⁊ hominum: homo xps ihesus qui dedit redẽptionẽ ſemetipm pro omnib9 cuius teſtimoniũ temporibus ſuis confirmatũ eſt in quo poſitus ſuꝫ ego predicatoꝛ ⁊ apoſtolus veritatem dico nõmentioꝛ doctoꝛ gentiũ in fide ⁊ veritate; in xpo ihesu dño noſtro Scõm lucam. x. capitulo. In illo tempoꝛe. Reſpondens ihesus dixit. Confiteboꝛ tibi dñe pater celi ⁊ terre quod abſcondiſti hec a ſapientibus ⁊ prudentibus: ⁊ reuelaſti ea paruulis. Etiaꝫ pater: quia placuit ſic ante te. Omnia mihi tradita ſũt a patre meo: ⁊ nemo ſcit quis ſit filius niſi pater: ⁊ quis ſit pater niſi filius: ⁊ cui voluerit filius reuelare. Et conuerſus ad diſcipulos ſuos dixit. Beati oculi qui vidẽt que vos videtis. Dico enim vobis qõ multi prophete ⁊ reges voluerũt videre q̃ vos videtis ⁊ nõ vidernut ⁊ audire que auditis ⁊ nõ audierũt. Feria ſexta Lectio iacobi apoſtoli. ij. capitulo

KArissimi. Quid proderit si fidem quis dicat se habere: opera autem nō habeat. Nūquid poterit fides saluare eum. Si aūt frater aut soror nudi sint ⁊ indigeant victu quotidiano. Dicat autē aliquis ex vobis illis Ite in pace calefacimini ⁊ saturamini: non dederitis aūt eis que necessaria sunt corpori: quid proderit vobis: Sic ⁊ fides si nō habeat opera mortua est in semetipsa.

Scōm Lucam xviij. ca.

In illo tēpore. Afferebant ad ihm puulos ⁊ infātes vt eos tāgeret. Qō duz viderēt discipuli increpabāt illos. ihs autē ꝓuocās illos dixit. Sinite parvulos venire ad me: et nolite vetare eos. Taliū est ei regnū dei amē dico vob̄: quicūqz nō acceperit regnū dei sicut puer nō intrabit illud. Dñica sexta

Dominus fortitudo plebis sue ⁊ ꝓtector salutariū xpi sui est saluum fac populū tuum dñe ⁊ benedic hereditati tue ⁊ rege eos vsqz in seculū. ps Ad te dñe clamabo deus meus ne sileas a me nequādo taceas a me. Oratio.

Deus virtutū cuius est totum quod est optimū insere pectoribus nostris amorem tui nominis: ⁊ presta i nobis religionis augmentū: et q̄ sunt bona nutrias: ac pietatis studio que sunt nutrita custodias. Per. Lectio ad Roma

Fratres: Qui nos. vj. cūqz baptizati sumus in xpo ihesu: in morte ipsi⁹ baptizati sumus. Consepulti enī sumus cum illo per baptismū in mortem: vt quomodo surrexit xps a mortuis per gloriā patris: ita ⁊ nos in nouitate vite ambulemus. Si enī complantati facti sum⁹ similitudini mortis eius: simul ⁊ resurrectionis erimus: hoc scientes quia vet⁹ homo noster simul crucifixus est: vt destruat corpus peccati: vt vltra non seruiamus peccato. Qui enī mortuus est: iustificatus est a peccato Si aūt mortui sumus cū xpo. Credim⁹ qz simul etiā viuemus cū xpo: sciētes qꝫ xps resurgens a mortuis iam non morit: mors illi vltra nō dñabitur. qꝫ enim mortuus est peccato mortuus est semel qō autem viuit viuit deo: ita ⁊ vos existimate vos mortuos quidem esse peccato viuentes autem deo in xpo ihesu domino nostro. Grad. Conuertere domine aliquantulū ⁊ deprecare super seruos tuos. ℣. Domine refugium factus es nobis a generatione ⁊ progenie. Alleluia. ℣. Domine in virtute tua letabit rex ⁊ super salutare tuū exultabit vehementer. Scōm Mathēū. v.

Fratres: Gratias agētes deo patri qui dignos nos fecit in partē sortis sanctoꝝ in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebraruꝫ ꝛ transtulit in regnū filij dilectionis sue in quo habemus redemptionem ꝛ remissionē omniū peccatoꝝ qui est imago dei inuisibilis primogenitus omnis creature: quia i ipso condita sunt vniuersa in celis ꝛ in terra visibilia ꝛ inuisibilia: siue throni siue dñationes siue principatus siue potestates. Omnia p ipm ꝛ in ipso creata sunt: ꝛ ipse est ante oēs. Et omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesie qui est principiū primogenit⁹ ex mortuis: vt sit ipse in omnibus primatū tenēs ihesus xp̄s dominus noster. Euangelium scōm matheū. v. cap. Audistis quia dictū est antiquis diliges proximū tuū. Require feria sexta post dñicā .l. folio. xxviij.
Feria. vj. ad hebreos. iij.
Fratres: Cōsiderate apo

stolum ⁊ pontificem confessionis nostre ihesum: q̄ fidelis est ei qui fecit illū: sicut ⁊ moyses in omni domo illi⁹: amplioris em̄ glorie iste p̄ moyse dignus habitus est: quanto ampliorē honorē dom⁹ hēt dñs q̄ fabricauit eā: q̄ dom⁹ sumus nos Omnis nāq̄ dom⁹ fabricat̄ ab aliquo. Qui aūt oīa creauit deus est. Et moyses quidē fidelis erat in tota domo ei⁹ tanq̄m famulus in testimoniū eorum que dicēda erāt: xp̄s vero tāq̄m fili⁹ in domo sua: que domus sumus nos si fiduciā ⁊ gloriam spei vsq̄ ad finē firmū retinea mus. Scōm lucā. xx. ca.

In illo tpe factū est vna dierū docente ihesu in tēplo populū ⁊ euāgelizante ꝓcenerūt p̄cipes sacerdotū ⁊ scribe cū seniorib⁹ ⁊ aiūt dicentes ad illū. Dic nobis in qua potestate hec facis aut quis est qui dedit tibi hanc potestatē. Respōdēs aūt ihs dixit ad illos. Interrogabo vos ⁊ ego vnū sermonē respōdete mihi. Baptismū iohannis de celo erat: an ex hoīb⁹: at illi cogitabāt intra se dicentes. Quia si dixerim⁹ de celo dicet: quare ergo non credidistis illi: si dixerim⁹ ex hoīb⁹ plebs vniuersa lapidabit nos. Certi sūt em̄ iohannē ꝑphetā esse. Et respōderūt se nescire. vnde esset. Et ihesus ait illis. Neq̄ ego dico vobis i qua potestate hec facio. Dñica

Miserere xvj Introitus.

mihi dñe quoniā ad te clamaui tota die quia tu dñe suauis ac mitis es ⁊ copiosus in misericordia omnib⁹ inuocantib⁹ te. ℣. Inclina dñe aurē tuam ⁊ exaudi me quoniaz inops ⁊ pauper sum ego. Oratio.

Ua nos dñe quesumus gratia semper preueniat ⁊ sequat̄: ac bonis operibus iugiter prestet esse intentos. Per. Ad ephesios. iij. capitu.

Ratres. Obsecro vos ne deficiatis i tribulationib⁹ meis ꝓ vobis que est gloria vestra hui⁹ rei gr̄a flecto genua mea ad patrē dñi nostri ihesu xp̄i: ex quo omnis paternitas in celis ⁊ i terra nominat̄ vt det vobis scōm diuicias glorie sue virtute coroborari per spiritū eius in interiori homine habitare xp̄m per fidem in cordibus vestris. In caritate radicati ⁊ fundati vt possitis comprehendere cuz omnibus sanctis que sit latitudo: lōgitudo: sublimitas: ⁊ ꝓfundū: scire etiā supeminētem scientie caritatē xp̄i: vt impleamini in oēm plenitudinē dei. Ei aūt qui potens est oīa facere superabundāter quā petimus aut intelligim⁹ scōm virtutē que operat̄ in nobis ipsi gloria in eccl̄ia ⁊ in xp̄o ihesu ⁊ in oēs generationes seculi seculoz amen. Grad. Timebunt gentes nomen tuū dñe ⁊ omnes reges terre gloriā tuā. ℣. Quoniā edificauit dñs syon ⁊ videbit̄ in maiestate sua. Alleluia. ℣. Paratū cor meū deus paratuz cor meū cantabo

ꝛ psallam in gloria mea. Scõm
In illo tempore Lucã. vij.
Ibat ihesus i ciuitatẽ que
vocat̃ nayn: ꝛ ibant cũ eo dis-
cipuli eius ꝛ turba copiosa. Cũ
aũt appropinquaret porte ci-
uitatis: ecce defunctus effere-
bat̃ filius vnicus matris sue: ꝛ
hec vidua erat ꝛ turba ciuitatis
multa cũ illa. Quã cuz vidisset
dñs: misericordia motꝰ super
eã dixit illi. Noli flere. Et acces-
sit ꝛ tetigit loculum: hi aũt qui
portabant steterũt. Et ait ado-
lescẽs tibi dico surge: ꝛ resedit
qui erat mortuus ꝛ cepit loqui
ꝛ dedit illum matri sue: accepit
aũt omnes timor ꝛ magnifica-
bant deum dicẽtes. Quia pro-
pheta magnꝰ surrexit in nobis
ꝛ quia deus visitauit plebẽ suã
Domine in auxiliũ meũ Offert.
respice confundan̄ ꝛ reuereant̄ qui
querunt animam meam vt auferant
eam. Secre. Munda nos que-
sumus dñe sacrificij presentis
effectu ꝛ perfice miseratꝰ i no-
bis: vt eius mereamur esse par
ticipes. Per Cõmu. Domine
memorabor iustitie tue solius deus
docuisti me a iuuentute mea ꝛ vsqz
in senectã ꝛ senium deus ne derelin
quas me. Compl. Purifica que
sumus dñe mentes nostras be
nignus ꝛ renoua celestibus sa-
cramentis vt consequenter et
corpor ꝛ aiar presens pariter
ꝛ futurũ capiamꝰ auxiliũ. Per
Feria quarta ad colosenses ij
Fratres: Videte ne quis
vos decipiat p philoso-
phiã ꝛ inanez fallaciã scõm tra-
ditionẽ hominũ: scõm elemen
ta mundi ꝛ nõ scõm xpm: quia
in ipso habitat omnis plenitu-
do diuinitatis corpaliter ꝛ estz
in illo repleti: qui est caput oĩs
principatꝰ ꝛ potestatis in quo
ꝛ circũcisi estis circũcisione nõ
manufacta in expoliatione cor
poris carnis: sed in circũcisiõe
xpi cõsepulti ei in baptismo in
quo ꝛ resurrexistis p fidez ope
rationis dei qui suscitauit eum
a mortuis. Et vos cuz mortui
essetis i delictis ꝛ prepucio car
nis vestre conuiuificauit vos
cum illo donans vobis omnia
delicta: p ihesuz xpm dñm no-
strum. Scõm marcum. viij.
In illo tpe. venit ihesus be
thsaida ꝛ adducũt ei cecũ:
ꝛ rogabãt eũ: vt illũ tangeret. ꝛ
apphensa manu ceci eduxit eũ
extra vicũ: ꝛ expuens i oculos
eius impositis manibꝰ suis in-
terrogauit eũ si aliqd videret:
ꝛ aspiciẽs ait. Video homines
velut arbores ambulãtes. De-
inde iterũ imposuit manus su-
per oculos eius ꝛ cepit videre
ꝛ restitutꝰ est: ita vt clare vide-
ret omnia Et misit illum in do
mũ suã dicens: vade in domũ
tuã. Et si in vicũ introieris ne-
mini dixerz. Feria sexta ad phi
Fratres: Si lippenses ij.
qua consolatio in xpo: si
quod solatiũ caritatis: si qua so
cietas spiritꝰ: si qua viscera mi
seratiõis implete gaudiũ meũ:
vt idez sapiatis eandẽ caritatẽ

habentes vnanimes: idipsum sentientes nihil per contentionem neq3 per inanem gloriaz sed in humilitate supioris sibi inuicem arbitrantes: non que sua sunt singuli considerantes sed ea que alioꝝ i xpo ihu dño nostro. Scom matheum. xviij

In illo tpe. Cũ venisset ihesus ad turbam accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eũ dicens. Dñe miserere filio meo quia lunaticꝰ est ⁊ male patiť: nam sepe cadit in ignẽ ⁊ crebro in aquã. Et obtuli eum discipulis tuis ⁊ nõ potuerunt curare eũ. Respondẽs aũt ihesus ait. O generatio incredula ⁊ puersa: quousq3 ero vobiscũ vsq3quo patiar vos. Afferte huc illum ad me. Et increpauit illum ihesus: ⁊ exijt ab eo demoniũ: ⁊ curatꝰ est puer ex illa hora. Tunc accesserunt discipuli ad ihesuz secreto ⁊ dixerũt. Quare nos nõ potuimꝰ eijcere illũ. Dicit illis ihesus: propter incredulitatẽ vestrã. Amẽ quippe dico vobis: si habueritis fidẽ sicut granũ synapis: dicetis monti huic: transi hinc: ⁊ trãsibit ⁊ nihil impossibile erit vobis. Hoc aũt genꝰ nõ eijcit nisi per orationem ⁊ ieiuniũ.

Dñica. xvij. Introitus.

Iustus es domine ⁊ rectum iudicium tuuz fac cum seruo tuo scom misericordiã tuã. ps. Beati imaculati in via qui ambulant in lege dñi

Oratio

Da quesumꝰ dñe populo tuo diabolica vitare contagia: ⁊ te solũ deũ pura mẽte sectari. Per. Ad ephe.

Fratres: Obsecro vos ego vinctus in dño: vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis: cuz omni humilitate ⁊ mansuetudine cũ patiẽtia supportãtes inuicẽ in caritate solliciti seruare vnitatẽ spũs i vinculo pacis: vnũ corpus ⁊ vnꝰ spũs: sicut vocati estis i vna spe vocationis vestre: vnꝰ dñs ⁊ vna fides vnũ baptisma: vnꝰ deꝰ ⁊ pater omniũ: qui sup oẽs ⁊ per oĩa ⁊ in omnibus nobis: qui est benedictus in secula seculoꝝ amen.

Beata gens cuius est dñs Grad. deus eoꝝ populus quẽ elegit dñs i hereditatẽ sibi. ℣. Verbo dñi celi firmati sunt ⁊ spiritu oris eius omnis virtus eoꝝ. Alla. ℣. In exitu israhel de egypto domus iacob de populo barbaro. ℣. Facta est iudea sanctificatio eiꝰ israhel potestas eius

Scom Lucam xiiij. capi.

In illo tpe cuz intraret ihesus in domũ cuiusdã principis phariseoꝝ sabbato mãducare panem: ⁊ ipsi obseruabãt eum Et ecce homo quidaz ydropicus erat ante illum: ⁊ respõdẽs ihesus: dixit ad legisperitos et phariseos diceus. Si licet sabbato curare. at illi tacuerũt. ipe vero apprehensum sanauit eũ ac dimisit. Et respondens ad illos dixit. Cuius vestrum asinꝰ aut bos in puteum cadet ⁊ non continuo extrahet illuz die sabbati: ⁊ non poterant ad hec re-

ſpondere illi. Dicebat autē ad inuitatos parabolaz intendēs quomodo p̄mos accubitos eligerent dicens ad illos. Cuz inuitatus fueris ad nuptias: non diſcūbas in primo loco ne forte honoratior te ſit inuitat⁹ ab illo: & veniens is q̄ te & illū inuitauit dicat tibi. Da huic locū: & tunc incipias cum rubore nouiſſimū locum tenere: ſed cum vocatus fueris vade & recūbe in nouiſſimo loco. Et cum venerit qui te inuitauit: dicat tibi amice aſcēde ſuperius. Tunc erit tibi gloria coz̄ ſimul diſcūbentibus quia omnis qui ſe exaltat humiliabit̄: & qui ſe humiliat exaltabit̄. Offert. Orauí deum meū ego daniel dicens exaudi domine preces ſerui tui illumina faciem tuā ſuper ſanctuariū tuum & p̄picius intende populuz iſtum ſuper quem inuocatū eſt nomen tuū deus Secreta. Maieſtatem tuam dñe ſuppliciter dep̄camur: vt hec ſancta que gerim⁹ & a preteritis delictis nos exuant & futuris. ℣per. Lōm. Fouete & reddite domino deo veſtro omnes qui in circuitu eius affertis munera terribili & ei qui affert ſpirituz p̄cipū terribili apud omnes reges terre. Sanctificationibus Compl. tuis omnipotens deus & vicia noſtra purgent̄ & remedia nobis eterna proueniant. Feria quarta q̄tuor tēpoz Introit⁹. Exultate deo adiutori noſtro iubilate deo iacob ſumite pſalmum iocunduz cum cythara canite initio menſis tuba quia p̄ceptū in iſrahel eſt & iudiciuz deo iacob. ℣s. Teſtimoniū in ioſeph poſuit illud cū exiret de terra egypti. Orem⁹. Flectam⁹ genua Leuate. Ofo Miſericordie tue remedia queſumus dñe fragilitas noſtra ſubſiſtat: vt que ſua conditione atterit̄ tua clementia reparet̄ ℣per. Lectio amos Hec dicit dominus. ij. Ecce dies venient & comprehendet arator meſſorem: & calcator vue mittentez ſemen. Et ſtillabunt montes dulcedinem: & omnes colles culti erūt Et conuertam captiuitatē populi mei iſrl̄ & edificabunt ciuitates deſertas & habitabunt in eis: & plantabunt vineas: & bibent vinum earuz: & facient ortos & comedent fructus eoruz Et plantabo eos ſuper humū ſuam: & non euellam eos vltra de terra ſua quaz dedi eis dicit dñs omnipotens. Grad. Tollite hoſtias & introite in atria ei⁹ adorate dominū in aula ſancta eius. ℣. Reuelabit dominus condenſa & in templo eius omnes dicent gloriam. Sequit̄. Dñs vobiſcum. ſiine Flectamus genua. Oratio. Reſta queſum⁹ dñe familie tue ſupplicāti vt dum a cibis corporalib⁹ ſe abſtinent a vicijs in mente ieiunēt. ℣per. Lectō libri Heſdre ij. viij. In diebus illis cōgregatus eſt oīs populus quaſi vir vn⁹ ad plateā que eſt ante portam aquarū & dixerūt. Eſdre ſcribe

vt afferret librum legis moysi quam precepit dñs israheli:at tulit ergo esdras sacerdos libꝝ coꝝ multitudine viroꝝ ac mu lierū cunctisqꝫ qui poterant in telligere in die prima mẽsis se ptimi. Et legit in eo aperte in platea que erat ante portã aq̃ rũ a mane vsqꝫ ad mediã diem in conspectu viroꝝ ac mulieꝝ ⁊ sapientũ. Et aures oĩs popu li erant erecte ad librũ. Stetit aũt esdras scriba super graduꝫ ligneũ quem fecerat sibi ad lo quendũ ⁊ steterũt iuxta euꝫ. Et aperuit esdras librꝫ coꝝ om ni populo: ⁊ benedixit esdras dño deo magno Et respondit omnis populus amen Eleuãs aũt omnis populus manꝰ suas incuruati sunt: ⁊ adoꝝauerunt proni in terrã. Deorro leuite si lentiũ faciebant in populo ad audiendã legem:populus aũt stabat in gradu suo ⁊ legerunt in libro legis dei distincte ⁊ ap te ad intelligendũ. Dixit autem neemias sacerdos. Scribe ⁊ le uite dies sanctificatus est dño deo nr̃o: nolite lugere nolite flere. Et dixit eis. Ite comedite pinguia bibite mulsũ ⁊ mittite partes eis qui nõ ꝓparauerũt sibi:quia sanctus dies dñi est: ⁊ nolite ꝯristari: gaudiũ eterñ dñi est fortitudo nostra. Grad Quis sicut dñs deus noster qui in altis habitat ⁊ humilia respicit in ce lo ⁊ in terra. ℣. Suscitãs a terra in opem ⁊ de stercore erigẽs pauperez Scõm Marcum. ix. capitulo.

In illo tpe. Respõdẽs vnꝰ de turba dixit ad ihm ma gister:attuli filiũ meũ ad te:ha bentẽ spiritũ mutum: qui vbi cũqꝫ eum apprehẽderit allidit euꝫ:⁊ spumat ⁊ stridet dentibꝰ ⁊ arescit. Et dixi ad discipulos tuos vt eijcerẽt illũ ⁊ nõ potue runt:qui rñdẽs eis dixit. O ge neratio incredula quã diu apd̃ vos ero:quãdiu vos patiar af ferte illum ad me: ⁊ attuleruut eum. Et cum vidisset illum: sta tim spũs cõturbauit eũ ⁊ elisus in terraꝫ volutabaꝫ spumans. ⁊ interrogauit patreꝫ eiꝰ Quã tũ tẽporis est ex quo ei hoc ac cidit at ille ait:ab ifantia. Et fre quenter eum in ignẽ ⁊ in aquã misit vt euꝫ perderet:sed si qd potes adiuua nos:miserꝰ nr̃i. Jhesus aũt dixit illi. Si potes credere:oĩa possibilia sunt cre denti. Et continuo exclamans pater pueri cum lachrymis aie bat. Credo dñe adiuua incre dulitatẽ meã. Et cũ vidisset ihs cõcurrentẽ turbã. cõminatꝰ est spiritui imũdo dicens illi. Sur de ⁊ mute spũs. Ego tibi preci pio exi ab eo: ⁊ amplius ne in troeas in euꝫ. Et clamãs ⁊ mul tũ discerpens eũ exijt ab eo. Et factus est sicut mortuus ita vt mlti dicerẽt qꝛ mortuꝰ est. Jhe sus aũt tenẽs manũ eius eleua uit eũ ⁊ surrexit. Et cum introis set in domum discipuli eius in terrogabant euꝫ secreto. Qua re nos non potuimus eijcere eum. Et dixit illis hoc genus in

nullo pōt exire nisi in oratione ⁊ ieiunio. Offert. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde ⁊ leuabo manꝰ meas ad mandata tua que dilexi. Secreta. Hec hostia dñe quesumꝰ emundet nostra delicta ⁊ ad sacrificium celebrā dū subditoꝝ tibi corpora mentesq; sanctificet. Cōmu. Comedite pinguia ⁊ bibite mustū ⁊ mittite partes eis qui nō preparauerūt sibi sanctus enim dies dñi est nolite cōtristari gaudiū eteniz dñi est fortitudo nostra. Compl. Sumētes dñe dona celestia supplicit deprecamur: vt que sedula seruitute donante te gerimꝰ dignis sensibus tuo munere capiamꝰ Per. Feria sexta q̄tuor tēporū

LEtet corque Introitus. rētiū dñm querite dñm ⁊ cōfirmamini querite faciē eius semper ps. Confitemini dño ⁊ inuocate nomen eius annūciate inter gētes opa

OResta q̄s eius. Oratio.

Omnipotēs deus vt observatiōes sacras annua deuotione recolētes: ⁊ corpore tibi placeamꝰ ⁊ mente. Per dñm. Lectio Osee ꝓphe. xiiij. capi.

HEc dicit dñs. conuertere hisrl̄ ad dñm deū tuū quoniaz corruisti in iniquitate tua Tollite vobiscū verba ⁊ cōuertimini ad dñm. dicite ei omnez auferinīquitatē ⁊ accipe bonū ⁊ reddemus vitulos labioꝝ nostroꝝ: assur nō saluabit nos: super equū nō ascēdemus: nec dicemꝰ vltra dij nr̄i opa manuū nostrarū quia eius qui in te est misereberis populi. Sanabo contritiones eoꝝ diligam eos spontanee quia auersus est furor meꝰ ab eis. Ero quasi ros: ⁊ isrl̄ germinabit q̄si liliū ⁊ erū pet radix eius vt libani: ibunt i directū rami eius Et erit quasi oliua gloria eius ⁊ odor eiꝰ vt libani. Conuertent sedentes i vmbra eius viuēt tritico ⁊ germinabunt quasi vinea memoriale eiꝰ sicut vinū libani. Ego exaudiā eum: ⁊ dirigam eum ⁊ vt abietem virentem. Ex me fructus tuus inuentus est. Quis sapiens ⁊ intelliget ista: intelligēs ⁊ sciet hec. Quia recte vie dñi ⁊ iusti ambulabunt in eis. Conuertere domine ali Grad. quantuluz ⁊ deprecare super seruos tuos. ℣. Domine refugium factus es nobis a generatione ⁊ progenie.

SCōm Lucam. vij. capi.

IN illo tempore. Rogabat ihesum quidā phariseus vt mā ducaret cum illo. Et ingressus domū phariseī discubuit: ⁊ ecce mulier q̄ erat in ciuitate peccatrix vt cognouit quod ihs accubuisset in domo phariseī: attulit alabastrū vngenti: ⁊ stans retro secus pedes eius: lachrymis cepit rigare pedes eius: ⁊ capillis capitis sui tergebat ⁊ osculabat pedes eius ⁊ vngento vngebat. Videns aūt phariseꝰ qui vocauerat eum: ait intra se dicens. Hic si esset prophetа sciret vtiq; que ⁊ qualis est mulier que tangit eum: quia peccatrix est: ⁊ respondens ihesus

dixit ad illū. Symon habeo tibi aliqd dicere. At ille ait. Magister dic. Duo debitores erāt cuidā feneratori: vn⁹ debebat denarios quingētos: & ali⁹ qnquaginta. Nō habentibus aūt illis vnde redderent: donauit vtrisq; Quis ergo eū plus diligit. Et respōdēs symon dixit Estimo: quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et cōuersus ad mulierem dixit symoni. vides hanc mulierē. Intrauī in domuz tuam aquā pedib⁹ meis non dedisti. Hec autē lachrimis rigauit pedes meos & capillis suis tersit. Osculū mihi nō dedisti: hec autem ex quo intrauit nō cessauit oscularī pedes meos: oleo caput meū nō vnxisti: hec aūt vngēto vnxit pedes meos ꝓpter qđ dico tibi: remittunt ei peccata multa qm̄ dilexit multum Cui aūt minus dimittit minus diligit. Dixit aūt ad illā. Remittunt tibi pctā tua. Et ceperūt q simul accūbebāt dicere intra se Quis est hic q etiā pctā dimittit. Dixit aūt ad mulierē Fides tua te saluā fecit vade in pace.

Offert⁹. Benedic aia mea dño et noli obliuiscī oēs retributiones eius & renouabit ficut aquile iuuēt⁹ tua.

Accepta tibi sint dñe **Secre.** ꝗs nostri dona ieiunij que & expiando nos tua gr̄a dignos efficiāt: & ad sempiterna ꝓmissa ꝓducant. ꝑdcr. **Cōmu.** Auferꝛa me obprobriū & contēptū qz mādata tua exquisiui dñe nam & testimonia tua meditatio mea est. **Compleū.**

Quesum⁹ oꝑs de⁹ vt de ꝓceptis muneribꝰ gr̄as exhibētes beneficia potiora sumam⁹. ꝑ. **Sabbato quatuor tpm Intr.**

Venite adorem⁹ deū & ꝓcīdamus ante dñm ploremus ante eū qui fecit nos qz ipse est dñs deus noster. ꝑs. Venite exultem⁹ dño iubilem⁹ deo salutari nostro. absq; salutatione dicat. Orem⁹. Flectam⁹ genua. Leuate. & sic fiat per oēs oꝛones ꝑter vltimā q̄ cū salutatione sine genuflexio, one dicat. Oratio.

Omnipotens sempiterne de⁹ qui ꝑ continentiā salutarē & corꝛoribꝰ mederis & mentibus maiestatē tuā supplices exorām⁹: vt pia ieiunantiū deꝑcatione placat⁹: & presentia nobis subsidia ꝓbeas & futura. ꝑ. **Lectio libri leuitici.** xxiij. capto

In die⁹ illis. Locutus est dñs ad moysen dicēs: decimo die mēsis huius septimi dies expiationū erit celeberrimus & vocabit sanctus: afflige tisq; aīas vestras in eo: & offeretis holocaustum dño. Omne opus seruile non facietis in tpe diei hui⁹: quia dies ꝓpiatiōis est: vt ꝓpicief vobis dñs de⁹ vester: oīs aīa que afflicta nō fuerit die hoc peribit de populis suis: & que opis quippiā fecerit: delebo eam de populo suo. Nihil ergo operis facietis in eo: legittimū sempiternum erit vobis: in cūctis generationibꝰ & habitationibꝰ vr̄is Sabbatū requietiōis est: affligetisq; aīas vr̄as. Die nono mēsis

septimi a vespe vsq; ad vespe
rũ celebrabitis sabbata vestra:
dicit dñs ops. Grad Protector
noster aspice de⁹ r respice super ser-
uos tuos. ℣. Dñe de⁹ virtutũ exau-
di pces seruor tuor. Oratio.

DA qs nobis ops deus vt
ieiunando tua gratia sa-
ciemur r abstinẽdo cũctis effi-
ciamur hostibus fortiores.

Lectio libri Leuitici. xxiij. cap.

IN diebꝰ illis. Locutus est
dñs ad moysen dicẽs qn-
todecimo die mensis septimi:
qñ cõgregaueritis oẽs fructus
terre vestre: celebrabitis ferias
dñi septẽ diebꝰ. Die primo et
die octauo erit sabbatuz: id est
requies. Sumetisq; vobis die
primo fructꝰ arborꝭ pulcher-
rime: spatulasq; palmarũ: r ra-
mos ligni densarũ frondium
r salices de torrente: r letabimi
ni corã dño deo vro: celebrabi
tisq; solẽnitatẽ eiꝰ septẽ diebus
p annũ: legittimũ sempiternũ
erit in generationibus vestris.
In mense septimo festa celebrabi
tis: r habitabitis in vmbraculis
septẽ diebꝰ Omis qui de genere
est isrl manebit in tabernaculis
vt discãt posteri vri qꝺ i taber
nacul habitare fecerĩ filios isrl
cũ educerẽ eos de terra egypti
ego dñs deꝰ vester. Grad. Pro
piciꝰ esto dñe pctis nris ne qñ dicãt
gentes vbi est deꝰ eorꝝ. ℣. Al diuua
nos deꝰ salutaris noster r ꝓpter ho
norẽ nois tui dñe libera nos. Oro.

VEre qs dñe familiã tuã
vt salutz eterne remedia
que te aspirante requirꝰte lar
giente consequamur. Per. d.

Lectio michee ꝓphete. vij.

DOmie deꝰ noster: pasce
populũ tuũ in virga tua
gregẽ hereditatis tue habitan-
tes terrã in saltem iuxta dies
antiquos. Videbunt gentes: r
cõfundent sup omni fortitudi
ne sua: qñ quis deꝰ similis tui.
Qui aufers iniqtatẽ: r trãsfers
peccatũ reliquiarũ hereditatis
tue. Nõ imittet vltra furorẽ su-
um: qñ volẽs misericordiam
r reuertet r miserebit nri: de-
ponet iniqtates nras r pjciet
in ꝓfundũ maris oĩa pcta no-
stra. Dabis veritatẽ iacob: mi-
sericordiã abraham que iurasti
patribꝰ nris a diebus antiquis
dñe deus noster. Grad. Dñe
refugiũ factus es nobis a generatio
ne r ꝓgenie. ℣. Prius quã montes
fierent aut formaret terra r orbis a
seculo r in seculũ tu es deus. Oro

PResta qs dñe sic nos ab
epulis carnalibꝰ abstine-
re vt a vicijs irruẽtibꝰ piter ie-
iunemꝰ. L. zacharie ꝓphe. viij

IN diebꝰ illis. factũ est vbũ
dñi ad me dicẽs Hec dicit
dñs deꝰ exercituũ: sicut cogita-
ui vt affligerẽ vos: cũ ad iracũ
diã me ꝓuocassent patres vri
r nõ suz misertꝰ: sic ꝓuersus co
gitaui in diebꝰ istis: vt bñfaciaz
irlm r domui iuda. Nolite er
go timere hec sunt vba q̃ facie-
tis loquimini veritatem vnus-
qsq; cũ ꝓximo suo: veritatem
r iudiciũ pacis iudicate in por-
tis vestris: r vnusqsq; malũ cõ
tra amicũ suũ ne cogitetis r cor

dibus vr̃is ⁊ iuramẽtuz mẽdax ne diligatis: oĩa em̃ hec sunt q̃ odi dicit dn̄s. Et factũ est verbũ dn̄i exercituũ ad me dicens Hec dicit dn̄s deus exercituũ. Jeiuniũ quarti ⁊ ieiuniũ quinti ⁊ ieiuniũ septimi ⁊ ieiuniũ decimi erit domui iude: ĩ gaudiũ ⁊ leticiã ⁊ in solẽnitates p̃claras veritatẽ tm̃ ⁊ pacẽ diligite dicit dn̄s ops. Grad. Dirigat oratio mea sicut incensum in cõspectu tuo dn̄e. ℣. Eleuatio manuũ mearũ sacrificiũ vespertinũ. Oratio. Tnobis dn̄e tribuis solẽne tibi deferre ieuniũ sic nob q̃ns indulgentie p̃sta subsidiũ. Per. Lectio. Angel⁹ dn̄i. Require sabbato q̃tuor tẽpor in aduentu. vj. Hymn⁹. Benedictus es. p̃ totũ vt supra in aduentu. vj. Dn̄s vobiscuz. sine Flectam⁹ genua Ad missã oro Deus qui trib⁹ pueris mitigasti flãmas igniũ cõcede ꝑpici⁹: vt nos famulos tuos nõ exurat flãma vicior̃. per Ad hebreos. ix. capitulo. Fratres: Tabernaculuz factũ est primũ i quo erãt candelabra ⁊ mensa ⁊ ꝓpositio panũ q̃ dicit̃ sancta. Post velamentũ aũt scõm tabernaculuz q̃ dicit̃ sancta sanctor̃: aureũ habẽs thuribulũ: ⁊ archaz testamenti circũtextã ex oi parte auro in qua vrna aurea hn̄s mãna: ⁊ virga aaron que frondurat ⁊ tabule testamenti sup̃ que erãt cherubin glorie obumbrãtia ꝓpiciatoriũ: de quib⁹ nõ est modo dicendũ p̃ singula. His vero ita cõpositis in priori q̃ dẽ tabernaculo semp introibãt sacerdotes: sacrificior̃ officia ꝯsumãtes: in secũdo aũt semel in anno solus põtifex: nõ sine sanguine quem offerret p̃ sua ⁊ populi ignorãtia: hoc significante spũsctõ nõdũ ꝓpalatã eẽ sanctor̃ viam: adhuc priore tabernaculo habente statũ. Que parabola est tpis instãtis iuxta quã munera ⁊ hostie offeruntur que nõ possunt iuxta consciam p̃fectũ facere seruientem solũmodo in cibis ⁊ in potibus: ⁊ varijs baptismatib⁹ ⁊ iustic̃ijs carnis vsq̃ ad tempus correctionis impositis: xp̃s aũt assistens põtifex futurorũ bonor̃: perampli⁹ ⁊ perfecti⁹ tabernaculũ nõ manufactũ: idest: non hui⁹ creationis neq̃ p̃ sanguinẽ hircor̃ aut vitulor̃ sed p̃ ꝓ priũ sanguinẽ introiuit semel i sancta: eterna redẽptione inuẽta. Tract⁹. Laudate dn̄m oẽs gẽtes ⁊ collaudate euz oẽs populi. ℣. Quoniam confirmata est sup̃ nos misericordia eius ⁊ veritas dn̄i manet in eternũ. Scõm lucã. xiij. capl̃o. In illo tpe. dixit ih̃esus turbis silitudinẽ hãc: arborez fici habebat quidam plantataz in vinea sua: ⁊ venit querens in illa fructum ⁊ non inuenit. Dixit autẽ ad cultorem vinee. Ecce anni tres sunt ex quo venio querens fructũ in ficulnea hac: ⁊ nõ inuenio. Succide ergo illam: vt quid terram etiam

occupat. Ät ille reſpondēs dixit illi. Dñe dimitte illam ⁊ hoc anno vſq; dum fodiā circa illā ⁊ mittam ſtercora. Et ſi quidē fecerit fructū: ſin aūt in futurū ſuccides eam. Erat aūt docens in ſynagoga eoꝝ ſabbato. Et ecce mulier que habebat ſpiritū infirmitatis annis decem ⁊ octo: ⁊ erat inclinata: nec omnino poterat ſurſuꝝ reſpicere. Quā cum videret ihēſus: vocauit eam ad ſe ⁊ ait illi. Mulier dimiſſa es ab infirmitate tua: ⁊ impoſuit illi manus: ⁊ cōfeſtim erecta eſt ⁊ glorificabat deum. Reſpondēs aūt archiſynagogus indignās quia ſabbato curaſſet ihs: dicebat turbe. Sex dies ſunt i quib⁹ oportet operari i his ergo venite ⁊ curamini ⁊ nō in die ſabbati. Rñdēs aūt ad illum dñs dixit. Hypocrite vnuſquiſq; veſtruꝝ ſabbato non ſoluit bouem ſuuꝝ aut aſinū a preſepio ⁊ ducit adaquare. Hanc aūt filiaꝝ abrahe quā alligauit ſathanas: ecce decem ⁊ octo annis: non oportuit ſolui a vinculo iſto die ſabbati? Et cum hec diceret: erubeſcebant omnes aduerſarij eius: ⁊ omnis plebs gaudebat in vniuerſis que glorioſe fiebant ab eo.

Omine deus ſalutis **Offert.** mee in die clamaui ⁊ nocte coram te intret oratio mea in cōſpectu tuo domine. **Secre.** **C**oncede queſumus omnipotēs deus vt oculis tue maieſtatis munus oblatū ⁊ gratiā nobis deuotiōis obtineat: ⁊ effectū beate perhennitatis acquirat. Ꝑ dñm. **Cōmu.** **M**enſe ſeptimo feſta celebrabitis: cū in tabernaculis habitare fecerim filios iſrahel cum educerem eos de terra egypti ego dñs deus veſter. **P**erficiant in nobis **Complē.** dñe queſumus tua ſacramēta quod continēt: vt que nūc ſpecie gerim⁹: rerū veritate capiamus. Ꝑ dñm. **Dñica. xviij. Intr.** **D**Al pacem dñe ſuſtinentibus te vt ꝓphete tui fideles inueniant exaudi pces ſerui tui ⁊ plebis tue iſrl. ℣. Letatus ſum in his que dicta ſunt mihi in domum domini ibimus. **Oratio.** **D**Irigat corda noſtra dñe queſum⁹ tue miſerationis operatio qꝝ tibi ſine te placere nō poſſumus. Ꝑ dñm. **Ad corinthios.** j. capᵒ epłe prime. **F**Ratres: Grās ago deo meo ſemper ꝓ vobis in gratia dei que data eſt vobis i xpō ihēſu: quia in omnibus diuites facti eſtis in illo in omni verbo. ⁊ i omni ſciētia ſicut teſtimoniū xpi confirmatū eſt in vobis ita vt nihil deſit vobis i illa gratia expectantibus reuelationē dñi nri ihēſu xpi: qui ⁊ confirmabit vos vſq; in finez ſine crimine i die aduētus dñi nri ihu xpi. Grad. Letatus ſum in his que dicta ſunt mihi in domū dñi ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua ⁊ habundātia in turribus tuis. Alleluia ℣. Dilexi quoniam exaudiuit dñs vocē meā. **Scōm** **I**N illo tem- **matheū. xxij.**

pore Accesserũt ad ihesuz phari
sei: z interrogauit eum vnus
ex eis legisdoctor temptãs euz
Magister quod est mandatuz
magnuz in lege. Ait illi ihesus.
Diliges dñm deum tuuz ex to
to corde tuo: z i tota anima tua
z in tota mẽte tua. Hoc est ma
ximũ z primũ mandatũ. Secũ
dũ aũt simile est huic. Diliges
proximũ tuum sicut teipm. In
his duobus mandatis vniuer
sa lex pendet z prophete. Con
gregatis aũt phariseis: interro
gauit eos ihesus dicens. Quid
vobis videt de xpo. Cuius filiꝰ
est. Dicunt ei. Dauid. Ait illis.
Quomodo ergo dauid in spũ
vocat eum dñm dicens. Dixit
dñs dño meo: sede a dextris me
is. Donec ponam inimicos tu
os scabellum pedum tuorum.
Si ergo dauid vocat eum do
minũ: quomodo filius eius est
Et nemo poterat respondere
ei verbũ neqz ausus fuit quisqz
ex illa die eum amplius inter
rogare. Offertor. Sanctifica
uit moyses altare domino offerens
super illud holocausta z immolans
victimas fecit sacrificiũ vespertinũ
in odorez suauitatis domino deo in
conspectu filiorum israhel. Secre.
Deus qui nos per huius sa
crificij veneranda commertia
vnius sũmeqz diuinitatis par
ticipes efficis: presta quesumꝰ
vt sicut tuam cognoscimus ve
ritatẽ: sic eam dignis mentibꝰ
z moribus assequamur. Per.
Cõmu. Tollite hostias z introite
in atria eiꝰ adorate dñm in aula san
cta eius. Compl. Gratias tibi re
ferimꝰ domine sacro munere
vegetati: tuam misericordiam
deprecãtes vt dignos eiꝰ nos
participatione perficias. Per.

Feria quarta ad corithios. vj.

Capitulo epistole prime.
Fratres: Os nostrum pa
tet ad vos o corinthij: cor no
strũ dilatatũ est: non angustia
mini i nobis: angustiamini aũt
in visceribus vestris. Eandez
aũt habentes remuneratione
tanqz filijs dico. Dilatamini z
vos nolite iuguz ducere cũ in
fidelibꝰ. Que eñ participatio
iusticie cum iniquitate aut que
societas luci ad tenebras. Que
aũt conuentio xpi ad belial: aut
q̃ pars fideli cuz infideli. Quis
aũt consensus templo dei cum
idolis vos eñ estis templũ dei
viui. Scõm matheũ. xiij. cap.
In illo tpe dixit ihesus dis
cipulis suis parabolã hanc.
Simile factũ est regnũ celorz ho
mini q seminauit semẽ bonũ i
agro suo. Regre dñica quinta
post natiuitatẽ dñi. Feria sexta
Fratres: ad corinth. vj.
Nescitis qm̃ iniqui regnũ
dei nõ possidebũt. Nolite erra
re neqz fornicari neqz idol' ser
uiẽtes neqz adulteri neqz mol
les neqz masculorum concubi
tores neqz fures neqz auari ne
qz ebriosi neqz maledici neqz
rapaces regnũ dei possidebũt
Et hec aliqñ qdẽ fuistis: sed ab
luti estis: sed sanctificati estis.

Sed iustificati estis in nomine domini nostri ihesu xpi: et i spiritu dei nostri. Scdz math xiij

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis parabolā hanc. Simile est regnū celorū grano synapis: quod accipiens hō seminauit in agro suo. Quod minimū quidem est oibus seminibus: cū aūt creuerit maius est omnibus holeribus et fit arbor: ita vt volucres celi veniant et habitēt in ramis eius. Aliā quoq; parabolā locutus est eis dicens. Simile est regnum celorū fermēto: quod acceptum mulier abscōdit in farine satis tribus donec fermētatū est totum. Hec omnia locutus est ihesus in parabolis ad turbas: et sine parabolis nō loquebat eis vt impleret quod dictum erat per prophetam dicentē. Aperiam in parabolis os meum: et eructuabo abscondita a constitutione mūdi Dñica.xix. Intr

Salus populi ego sum dicit dominus de quacūq; tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos et ero illorum dominus imperpetuū ps. Attendite populе meus legem meam inclinate aurem vestrā in verba oris mei. Oratio.

Omnipotēs et misericors deus: vniuersa nobis aduersantia propiciatus exclude vt mēte et corpore pariter expediti q̄ tua sunt liberis mentibus exequamur. Per dñm. Lectio ad

Fratres: ephesios. iiij. Renouamini spiritu mē tis vestre: et induite nouum hominem qui scdm deū creatus est in iusticia et sanctitate veritatis. ppter quod deponētes omne mendaciū loquimini veritatē vnusquisq; cum proximo suo quoniā sumus inuicem mēbra. Irascimi et nolite peccare: sol non occidat super iracundiam vestrā. Nolite locū dare diabolo: qui furabat iam non furet: magis aūtē laboret operando manibus suis quod bonum est: vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Grad. Dirigat oratio mea sicut incensum in conspectu tuo domine. ℣. Eleuatio manū mearum sacrificium vespertinum. Alleluia. ℣. Laudate dominum omnes gentes laudate eum omnes populi. Scōm matheum ix.

In illo tempore. Ascēdēs ihesus in nauiculā: trāsfretauit et venit in ciuitatem suā. Et ecce offerebāt ei paraliticū iacentē in lecto. Et videns ihesus fidem illorum dixit paralitico. Confide fili: remittunt tibi peccata tua et ecce quidā de scribis dixerūt intra se: hic blasphemat. Et cum vidisset ihesus cogitationes eorū. Dixit Ut quid cogitatis mala in cordib⁹ vris. Quid ē facili⁹ dicere. dimittūt tibi pctā tua: an dicere: surge et ābula vt sciatis aūt qm̄ fili⁹ hois hz ptātē in terra dimittēdi pctā tūc ait palitico. Surge tolle lectū tuū et vade i domū tuā. Et surrexit et abijt in domum suam. Videntes aūt turbe timuerunt

ꝛ glorificauerunt deum qui dedit potestatem talem hominibus. **Offerto.** Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me domine ꝛ super iram inimicoꝝ meorum extendes manū tuam ꝛ saluum me fecit dextera tua. **Secre.** Hec munera quesumꝰ dñe que oculis tue maiestatis offerimus: salutaria nobis esse concede. per Tu mandasti mandata **Cōmu.** tua custodiri nimis vtinā dirigant vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. **Complē.** Tua nos dñe medicinalis operatio: ꝛ a nostris peruersitatibus clemēter expediat: ꝛ tuis semper faciat inhęrere mandatis. Per.

Feria quarta ad thessalonicēs.

Fratres: ij. ca. epłe scōde State ꝛ tenete traditiones quas didicistis siue per sermonē: siue per epłam nostraz. Ipse aūt dominus noster ihesus xp̄s: ꝛ deꝰ pater noster qui dilexit nos: ꝛ dedit consolationem eternam ꝛ spem bonam in gratia: exhortetur corda vestra: ꝛ confirmet in omni opere ꝛ sermone bono De cetero fratres orate pro nobis: vt sermo domini currat ꝛ glorificeꝝ sicut ꝛ apd vos vt ꝛ liberemur ab importunis ꝛ malis hominibus. Nō eñ est omniū fides fidelis aūt dñs est qui cōfirmabit vos: ꝛ custodiet a malo: Cō fidimus aūt in dño fratres de vobis ī dño: quoniam ea que precepimus ꝛ facitis ꝛ facietis Deꝰ autem dirigat corda vestra in caritate dei ꝛ patiētia xp̄i. **Scōm** In illo tpe. **Matheū.** xiij. Accesserūt ad ihesum discipuli eiꝰ dicētes. Edissere nobis parabolā zyzaniorum agri qui respondens ait. Qui seminat bonuz semen est filius hominis: ager aūt est mūdus. bonū vero semen hi sunt filij regni. Zizania aūt filij sunt nequā inimicus aūt qui seminauit eā est diabolus: messis vero cōsumatio seculi est: messores autē angeli sunt. Sicut ergo colligūtur zizania ꝛ igni comburunt: sic erit in consumatione seculi Mittet filiꝰ hominis angelos suos: ꝛ colligent de regno eius omnia scandala: ꝛ eos qui faciunt iniquitatē ꝛ mittent eos in caminū ignis. Ibi erit fletus ꝛ stridor dentiuz. Tunc iusti fulgebūt sicut sol: in regno patris eoruz. Qui hąbet aures audiēdi audiat. **Feria sexta Lectio epłe bti Johannis aplī.** v. epłe Karissimi: Omnis p̄me. qui credit quoniā ihesus est xp̄s: ex deo natus est: ꝛ oīs q̄ diligit eum qui genuit: diligit ꝛ eum qui natus est ex eo. In hoc cognoscimꝰ quoniā diligimus natos dei: cū deum diligamus ꝛ mādata eius faciamus. Hec est eñ caritas dei: vt mandata eius custodiamus: ꝛ mandata eius grauia nō sunt: qm̄ omne q̄d natū est ex deo: vincit mundū. **Scōm matheum** xxiiij. In illo tempore. Interrogatus ihs a discipulis suis

de consummatione seculi dicit eis. Cum videritis abhominationem desolationis que dicta est a daniele pphęta stantez in loco sancto: tunc qui legit intelligat. Tūc qui in iudea sunt fugiant ad montes ⁊ qui in tecto nō descēdāt tollere aliquid de domo sua: ⁊ qui i agro suo nō reuertat tollere tunicā suā. ve aūt pregnātibus ⁊ nutriētibus in illis diebus. Orate aūt vt nō fiat fuga vestra in hyeme vel sabbato. Erit em tūc tribulatio magna: qualis nō fuit ab inicio mūdi vsq; modo neq; fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi: nō fieret salua oīs caro. Sed propter electos breuiabunt dies illi. Tūc si quis vobis dixerit ecce hic est xps: aut ecce illic nolite credere. Surgent em pseudo xpi ⁊ pseudo pphete: ⁊ dabunt signa magna ⁊ pdigia: ita vt in errorem inducant si fieri pōt etiā electi. Ecce prędixi vobis: si ergo dixerint vobis ecce in deserto est nolite exire: ecce in penetralib⁹: nolite credere: Sicut em fulgur exit ab oriente ⁊ paret vsq; in occidentē ita erit ⁊ aduentus filij hoīs vbicūq; fuerit corp⁹ illuc ꝯgregabūt et aquile. Statim aut post tribulationē dierū illoz sol obscurabit: ⁊ luna nō dabit lumē suū: ⁊ stelle cadēt de celo: ⁊ virtutes celoruz cōmouebunt. Et tūc apparebit signū filij hoīs i celo: ⁊ tūc plangēt oēs trib⁹ terre ⁊ videbūt filiū hoīs venientē in nubib⁹ celi: cū virtute magna ⁊ maiestate. Et mittet angelos suos cuz tuba ⁊ voce magna ⁊ cōgregabunt electos ei⁹ a quatuoz ventis a summis celoz ad terminos eoz um

Dñica. xx. Introitus.

Omnia que fecisti nobis dñe. in vero iudicio fecisti quia peccauimus tibi ⁊ mandatis tuis nō obedimus. Sed da gloriā nomini tuo ⁊ fac nobiscū scōm multitudinē misericordie tue. **ps.** Magnus dominꝰ ⁊ laudabilis nimis i ciuitate dei nostri in monte sancto eius. **Ofo.**

Largire quesumus domine fidelib⁹ tuis indulgentiam placatus ⁊ pacem: vt pariter ab omnib⁹ mundent offensis: ⁊ secura tibi mente deseruiant. Per dñm. **Ad ephesios. v**

Fratres: videte itaq; quo modo caute ambuletis: nō quasi insipiētes: sed vt sapientes redimētes tempus: quoniaz dies mali sunt: propterea nolite fieri imprudētes: sed intelligentes que sit volūtas dei Et nolite inebriari vino i quo est luxuria: sed impleamini spū sancto loquentes vobis metipsis in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus cantātes ⁊ psallētes in cordibus vestris deo: gratias agentes semper pro omnibus. In nomine domini nostri ihesu xpi deo ⁊ patri subiecti inuicem in timore christi. **Graduale.** Oculi omnium in te sperant domine ⁊ tu das illis escam in tempore oportuno.

℣. Aperis tu manū tuam ⁊ imples omne animal benedictione. Alla. ℣. Qui confidunt in domino sicut mons syon nō cōmouebit ineternū qui habitat in irlm. Scōm math. In illo tpe. Loquebat ihesus cum discipulis in parabolis dicēs. Simile factū est regnū celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: ⁊ nolebant venire. Iterum misit alios seruos dicēs. Dicite inuitatis ecce prandiū meū paraui: thauri mei ⁊ altilia mea occisa sunt et oia parata: venite ad nuptias. Illi aūt neglexerunt: ⁊ abierūt: alius in villā suā: alius vero ad negotiaōem suā reliqui vero tenuerunt seruos suos: ⁊ contumelijs affectos occiderūt. Rex aūt cū audisset iratus est: ⁊ mīs tis exercitibus suis: perdidit homicidas illos: ⁊ ciuitatē illorum succendit. Tunc ait seruis suis Nuptie quidem parate sunt. Sed qui inuitati erant nō fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarū: ⁊ quoscūq; inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias: congregauerunt omnes quos inuenerunt bonos ⁊ malos: ⁊ implete sunt nuptie discūbentium. Intrauit aūt rex vt videret discūbentes ⁊ vidit ibi hoiem nō vestitum veste nuptiali: ⁊ ait illi. Amice quomodo huc intrasti non habens vestē nuptialē: at ille obmutuit. Tūc dixit rex ministris ligatis manibus ⁊ pedibus eius mittite eū in tenebras exteriores. Ibi erit fletus ⁊ stridor dentium. Multi enim sunt vocati: pauci vero electi. Offt. Super flumina babylonis illic sedimus ⁊ flevimus dum recordaremur tui syon Celestē nobis pbeant Secr. hec mysteria quesumus dñe medicina ⁊ vicia nostri cordis expurgēt. Per dñm. Cōmu. Memēto verbi tui seruo tuo dñe in quo mihi spem dedisti hec me consolata est in humilitate mea. Compleū. Ut sacr̄ dñe reddamur digni muneribus fac nos quesumus tuis obedire mandatis. Per. Feria quarta ad Thessalonicē ses. iij. capitulo eplē secūde. Fratres: Denūciamus vobis in noīe dñi nostri ihu xpi: vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate ⁊ non scōm traditionē quaz acceperunt a nobis: ipsi enim scitis quēadmodum oporteat imitari nos: quoniā nō inquiete fuimus inter vos. Neq; gratis panem manducauimus ab aliquo: sed in omni labore ⁊ fatigatione nocte ⁊ die operantes: ne quē vestrū grauaremus non quasi nō habuerimus potestatē: sed vt darem⁹ nosmetipsos formam vobis ad imitādum nos. Nam ⁊ cum essem⁹ apud vos: hoc denunciabam⁹ vobis: qm̄ si quis nō vult operari nec manducet. Audiuim⁹ enim inter vos quosdā ambulare inquiete nihil operantes:

sed curiose agentes. Hisautez qui eiusmodi sunt denūciam⁹: ⁊ obsecram⁹ in dño ihesu xpo: vt cū silentio operantes suuz panem manducent: vos aūt frēs nolite deficere benefaciētes; i xpo ihesu dño nostro. Scōm Lucā. xiiij.

In illo tpe. Dixit Lucā. xiiij. Decebat ihesus cuidā principi pharisseoz. Cū facis prādiū aut cenaz: noli vocare amicos neqz frēs tuos: neqz cognatos aut vicios: neqz diuites ne forte ipsi te reinuitent ⁊ fiat tibi retributio. Sz cū facis conuiuiuz voca pauperes: debiles: claudos: cecos: ⁊ beatus eris quia non habēt retribuere tibi. Retribuet enim tibi i resurrectione iustoz. Hec cū audisset quidam de simul discūbentib⁹: dixit illi. Beatus qui manducabit panē in regno dei. Feria sexta

Lectio epīe beati iohis apli. v

Karissimi: epīe prime. Scimus quia omnis qui natus est ex deo nō peccat: sed generatio dei cōseruat eū ⁊ malignus non tanget eum: scim⁹ quia ex deo sumus: ⁊ mundus totus in maligno posit⁹ est. Et scimus quoniā filius dei venit ⁊ dedit nobis sensuz vt cognoscamus deum verū: ⁊ simus in vero filio eius. Hic est ver⁹ deus ⁊ vita eterna. Scōm Lucā

In illo tpe. d. i. d. suis. vj. Beati eritis cum vos oderint homies: ⁊ cum sepauerint vos ⁊ exprobrauerint: ⁊ eiecerint nomen vestrū tāqz maluz ppter filiū hois. Gaudete in illa die ⁊ exultate: ecce enim merces vra multa est in celo. scōm hec em̄ faciebāt prophetis patres eoz: verūtamē ve vobis diuitibus qui habetis psolationē vestrā. Ue vobis qui saturati estis: quia esurietis. Ue vob qui ridetis nunc: quia lugebitis ⁊ flebitis. Ue cum bñdixerint vobis oēs homines. scōm hec faciebāt pseudo prophetis patres eoz. Sed vobis dico qui auditis. Diligite inimicos vestros: bñfacite his qui vos oderunt: bñdicite maledicentibus vos: orate pro calūniantibus vos. Et qui te pcutit in maxillā prebe ei ⁊ alterā: ⁊ ab eo qui aufert tibi tuū vestimentū: etiā tunicā noli ei phibere. Omni autē petēti te tribue: ⁊ qui aufert que tua sūt ne repetas. Et prout vultis vt faciant vobis homines: ⁊ vos facite illis similiter. Et si diligitis eos qui vos diligunt: que vobis est gratia. Nam ⁊ peccatores diligētes se diligūt. Et si benefeceritis his qui vobis benefaciūt: que vobis est gratia. Siquidē ⁊ peccatores hoc faciunt. Et si mutuū dederitis his a quibus speratis accipere: que gratia vobis est. Nam ⁊ peccatores a peccatoribus feneranť: vt recipiāt equalia. Verūntamē diligite inimicos vestros ⁊ benefacite ⁊ mutuum date: nihil inde sperātes ⁊ erit merces vestra multa i celo. Dominica. xxj. Introitus.

In voluntate tua dñe vniuersa sunt posita ⁊ non est qui possit resistere voluntati tue tu enim fecisti omnia celum ⁊ terram ⁊ vniuersa que celi ambitu continent dominus vniuersorum tu es. ℘. Beati immaculati in via qui ambulãt in lege domini. Oratio.

Familiam tuam quesumꝰ dñe continua pietate custodi: vt a cunctis aduersitatibus te protegẽte sit libera: ⁊ in bonis actibus tuo nomini sit deuota mẽte. Ad ephesios. vj.

Fratres: Confortamini in dño: ⁊ in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam dei vt possitis stare aduersus insidias diaboli: quoniã nõ est nobis colluctatio aduersus carnem ⁊ sanguinez sed aduersus principes ⁊ potestates: aduersus mũdi rectores tenebrarum haruz contra spiritalia nequicie in celestibus: propterea accipite armaturaz dei: vt possitis resistere in die malo: ⁊ in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate: ⁊ induti lorica iusticie: ⁊ calciati pedes in preparationem euangelij pacis: in omnibus sumentes scutũ fidei: in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite: ⁊ gladium spiritus: quod est verbum dei: Oñe refugium factus es Grad. nobis a generatione ⁊ progenie. ℣. Priusq̃ montes fierent aut formaret terra ⁊ orbis a seculo ⁊ in seculuz tu es deus. Alla. ℣. De profundis clamaui ad te dñe dñe exaudi oratione meã. Scõm Johannẽ. iiij.

In illo tempore. Erat quidam regulus: cuius filius infirmabat capharnaum. Hic cum audisset quia ihesus veniret a iudea in galileam: abijt ad eum ⁊ rogabat eum: vt descenderet ⁊ sanaret filium eius. Incipiebat enim mori. Dixit ergo ihesus ad euz. Nisi signa ⁊ prodigia videritis nõ credetis. dicit ad eum regulus. Dñe descẽde priusq̃ moriat filius meus. Dicit ei ihesus. Vade filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quẽ dixit ei ihesus: ⁊ ibat. Jam aũt eo descendẽte: serui occurrerunt ei ⁊ nunciauerũt dicentes: quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit. Et dixerũt ei. Quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater quia illa hora erat: in qua dixit ei ihesus: filius tuus viuit: ⁊ credidit ipse ⁊ domus eius tota. Offertoꝝ. Vir erat in terra nomine iob simplex ⁊ rectus ac timens deum quem sathan petijt vt temptaret ⁊ data est ei potestas a domino in facultate ⁊ in carne eius perdidirqz omnem substantiam ipsius ⁊ filios carnem quoqz eius graui vlcere vulnerauit. Secreta. Susci pe domine propicius hostias quibus ⁊ te placari voluisti: et nobis salutem potenti pietate restitui. Per dominũ nostrũ. Cõmuni. In salutari tuo anima

mea ⁊ in verbum tuum ſuper ſpera-
ui quando facies de perſequentibuſ
me iudiciũ iniqui perſecuti ſunt me
adiuua me domine deus meus.
Immortalitatis **Compleñ.**
alimoniã conſecuti queſumus
dom̃ne: vt quod ore percepi-
mus pura mẽte ſectemur p̃er
dñm. **Feria quarta ad thimo-
theum.** vj. capitulo epl̃e p̃me.
Kariſſime: Nihil intulim⁹
in hunc mundum haut
dubiũ quia nec auferre aliquid
poſſumus: habentes autez ali-
mẽta ⁊ quibus tegamur his cõ
tenti ſimus. Nam qui volunt
diuites fieri: incidũt in tempta
tionem: ⁊ laqueum diaboli: et
deſideria multa inutilia ⁊ noci
ua: que mergunt homines in
interitum ⁊ perditionem. Ra-
dix enim omniuz malorum eſt
cupiditas. Quam quidam ap-
petentes errauerunt a fide: ⁊
inſeruerunt ſe doloribus mul-
tis. Tu autez homo dei hec fu
ge: ſectare vero iuſticiã: pieta-
tem: fidem: caritatem: patien-
tiam manſuetudinem. Certa
bonum certamen fidei: appre-
hende vitam eternam in qua
vocatus es ⁊ confeſſus bonaz
confeſſionem coram multis te
ſtibus: precipio tibi coram deo
qui viuificat omnia in chriſto
ieſu: qui teſtimonium reddi-
dit ſub pontio pilato bonã cõ-
feſſionem vt ſerues mandatũ
ſine macula irrep̃hẽſibile vſq;
in aduentũ domini noſtri ihe-
ſu chriſti. **Scõm Lucam.** vj.
In illo tempore. Factum
eſt in ſabbato vt intraret
ieſus in ſynagogã ⁊ docebat
Et erat ibi homo: ⁊ manus ei⁹
dextera erat arida. Obſerua-
bant autem ſcribe ⁊ phariſei: ſi
in ſabbato curaret: vt inueni-
rent vnde accuſarent eũ. Ipe
vero ſciebat cogitationes eo-
rum: ⁊ ait hoi qui habebat ma-
num aridã. Surge ⁊ ſta in me-
dium. Et ſurgens ſtetit: ait aũt
ieſus ad illos. Interrogo voſ
ſi licet ſabbato benefacere: an
male: animam ſaluaz facere: an
perdere? Et circumſpectis om
nibus: dixit homini. Extende
manum tuam ⁊ extendit. Et re
ſtituta eſt manus eius. Ipſi au-
tem repleti ſunt inſipientia: et
colloquebant ad inuicez quid
nam facerent de ieſu.
Feria ſexta Ad romanos. v.
Fratres: Regnauit morz
ab adam vſq; ad moyſen
etiam in eos qui non peccaue-
runt in ſimilitudinem preuari
cationis ade: qui eſt forma fu-
turi. Sed non ſicut delictũ: ita
⁊ donum. Si enim vnius de-
licto multi mortui ſunt: multo
magis gratia dei: ⁊ donum in
gratia vni⁹ hominis ieſu chri
ſti in plures habundauit Et nõ
ſicut per vnum peccatum: ita
⁊ per donum. Nam iudicium
ex vno in condempnationem
gratia autem ex multis delictis
in iuſtificationem. Si enim in

vnⁱ⁹ delicto mors regnauit p vnum: multomagis habundã tiam gratie ⁊ donationis ⁊ iu/ sticie accipientes in vita regna bunt per ihesum xpm dñm no strũ. Scõm Matheũ. viij.

In illo tempore. Cum ve/ nisset ihesus in domũ pe/ tri: vidit socrũ eius iacentem ⁊ febricitantem: ⁊ tetigit manuz eius ⁊ dimisit eam febris: ⁊ sur rexit ⁊ ministrabat eis. Uespe/ re aũt facto: obtulerunt ei mul tos demonia habentes. Et eie cebat spiritus verbo ⁊ omnes male habentes curauit: vt ad/ impleret quod dictum est per prophetam ysaiam dicentem. Ipse infirmitates nostras acce pit: ⁊ egrotationes nostras por/ tauit. Dñica. xxij. introitus.

Si iniquitates obseruaberis domine dñe quis sustinebit quia apud te propiciatio est deus is rahel. ℣. De profundis clamaui ad te dñe domine exaudi vocẽ meam.

Deus refugiũ nrm Ofo. ⁊ virtⁿ: adesto pijs eccle/ sie tue precibus auctor ipe pie/ tatis ⁊ presta: vt quod fideliter petimus efficaciter cõsequmur. Per. Ad philippenses. j. ca.

Fratres: Confidimus in domino ihesu: quia qui cepit in vobis opus bonum p ficiet vsqz in diem xpi ihesu: si/ cut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis: eo quod habeam vos in corde ⁊ in vin/ culis meis ⁊ in defensione ⁊ cõ firmatione euãgelij: socios gau/ dij mei omnes vos eẽ. Testis enim mihi est deus: quoniam cupiam vos esse omnes in vi/ sceribus ihesu xpi. Et hoc oro vt caritas vestra magis ac ma/ gis habundet in omni scientia ⁊ in omni sensu: vt ꝓbetis po/ tiora vt sitis sinceres ⁊ sine of fensa in diem xpi repleti fructu iusticie: per ihesum xpm in lau/ dem ⁊ gloriam dei. Grad. Ec ce quã bonum ⁊ quã iocundum ha/ bitare fratres in vnũ. ℣. Sicut vn gentum in capite quod descendit in barbam barbam aaron. ℣. Man/ dauit dominus benedictionez ⁊ vi tam vsqz in seculum. Alleluia. ℣. Lauda anima mea dominũ lauda/ bo dñm in vita mea psallã deo meo quã diu ero. Scõm math. xviij.

In illo tẽpore: dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celo rum homini regi: qui voluit ra tionem ponere cuz seruis suis Et cum cepisset rationem po/ nere: oblatus est ei vn⁹ qui de/ bebat ei decẽ milia talenta. Cũ aũt non haberet vnde redde/ ret: iussit eum dñs venundari ⁊ vxorem eius ⁊ filios. Et om/ nia que habebat ⁊ reddi: proci dens aũt seruus ille: orabat eũ dicens. Patientiã habe in me ⁊ omnia reddam tibi. Misert⁹ autem dominus serui illius: di misit eum: ⁊ debitũ dimisit ei. Egressus autem seruus ille: in uenit vnum de conseruis suis

qui debebat ei centum denarios ⁊ tenens suffocabat eum dicens. Redde quod debes. Et p cidens conseruus eius: rogabat eum dicens: Patientiã habe in me: ⁊ omnia reddam tibi Ille autem noluit: sed abijt et misit eum in carcerem donec redderet debitum. Videntes autez conserui eius que fiebãt: contristati sunt valde: ⁊ venerunt ⁊ narrauerunt omnia domino suo que facta fuerãt: tũc vocauit illum dominus suus: ⁊ ait illi. Serue nequaz: omne debitum dimisi tibi: quoniã rogasti me. Nõne ergo oportuit ⁊ te misereri conserui tui sicut ⁊ ego tui misertus sum. Et iratus dñs eius: tradidit eum tortoribus: quo adusqz redderet vniuersum debitum. Sic ⁊ pater meus celestis faciet vobis: si non remiseritis vnusquisqz fratri suo: de cordibus vestris.

Recordare mei domine **Offert.** omnipotẽtatui dominãs da sermonem rectum in os meum vt placeant verba mea in conspectu principis.

Da misericors deus **Secreta** vt hec salutaris oblatio ⁊ a propijs nos reatibus indesinenter expediat: ⁊ ab omnibus tueatur aduersis. Per dñz **Cõm.** Dico vobis gaudium est angelis dei super vno peccatore penitentiã agente **Compleñ.** Sumpsim9 domine sacri dona misterij humiliter deprecantes: vt que in tui cõmemoratiõe nos facere precepisti: in nostre proficiant infirmitatis auxilium. Per do.

Deus qui ecclesiam tuam sanctorum tuorum presidijs semp propicius intendis: presta quesumus: vt qui beati policarpi martyris tui atq̄z pontificis solēnia celebramus: eius precibus subleuemur. p̄. **Secr** Suscipe dñe munera ppicius oblata: que maiestati tue beat⁹ policarpus martyr ⁊ sacerdos cōmendet. p̄d̄er. **Complenda.** Beati policarpi martyris tui atq̄z pontificis dñe intercessiōe

placatus:p̄esta q̄esumus: vt que tēp̄orali celebram⁹ actiōe: p̄petua saluatione capiam⁹.p.

In festo sancti crisostomi epi.

Introit⁹. Sacerdotes tui. Oro. SAncti iohānis crisostomi confessoris tui atq; pontificis nos domine merita p̄o sequantur: tuāq; indulgentiaz nobis semper implorent. P̄er

Lectio. Ecce sacerdos. Grad. Ecce sacerdos. Alleluia. ℣. Inueni dauid. Uel tractus. Desiderium anime. Uel sequētia de cōmuni ꝓfessoꝝ ⁊ pontificū. Euangel. Sint lūbi. Offer. Inueni dauid

Secr̄. Sancti iohannis crisostomi confessoris tui atq; pontificis q̄sumus dñe veneranda solēnitas tue pietati sacrificiuz nostrum reddat acceptum: vt per hanc salutarem hostiam et veniam conseq̄mur ⁊ gratiā.p

Cōm. Beatus seruus. Compleñ Beati iohānis crisostomi confessoris tui atq; pontificis p̄ecibus confidētes: q̄sumus de⁹ clementiā tuam: vt per ea que sumpsim⁹:eterna remedia capiamus. P̄er dominū nostrū.

In octaua sancte agnetis Introitus. Uultum tuum. Oratio. DEus qui nos ānua beate agnetis martyris tue solēnitate letificas:da q̄sumus: vt quam veneramur officio: etiaz pie ꝓuersationis seq̄mur exemplo. P̄er. Lcō. Sapiētia vincit. Grad. Specie tua. Alla. ℣. Ingressa agnes turpitudis locū angelum domini p̄eparatū inuenit Euangel. Simile est regnum celoꝝ decem. Offer. Diffusa est

Secr̄. Super has q̄sum⁹ dñe hostias benedictio copiosa descendat: que ⁊ sanctificationez in nobis clementer operetur: ⁊ de martyrum nos solēnitate letificet.p. Cōm. Simile est regñ

Compleñ. Sumpsimus dñe celebritatis ānue votiua sacramenta:p̄esta q̄sumus: vt et tēp̄oralis nobis vite remedia p̄ebeant et eterne. P̄er dñm.

Notandum q; si octaua sancte agnetis venerit die dñico: tūc officiuz octaue anticipetur ad diem ꝓuenientius occurrentē

In festo beati iuliani hospitis ⁊ ꝓfessoꝝ Introit⁹. Os iusti. Or̄ DEus qui beatum iulianū confessorez tuum hospitalitatis gr̄a insignē esse fecisti: tribue q̄sumus:eius meritis et p̄ecibus: vt hodie ⁊ quotidie inuenire possimus hospiciuz qđ nostre fragilitati sit ꝯgruū: ⁊ sanctitati tue acceptum. P̄er

Grad. Os iusti. Alla. ℣. Serue bone. Uel tract⁹. Beat⁹ vir. Uel sequentia de simplici ꝓfessore. Offer. Desiderium anime.

Secr̄ Quesum⁹ oīpotens deus: vt beati iuliani confessoris tui pia nobis non desit oratio:que et munera nr̄a tibi cōciliet: ⁊ tuaz nob indulgentiā sp̄ obtineat.p

Cōm. Beatus seruus. Compleñ Quesumus omnipotēs deus qui das iumentis escaz ipsoꝝ ⁊ pullis coruoruz inuocantib⁹ te: exaudi nos p̄ intercessionē

beati iuliani confessoris tui: et tribue nob huius diei ⁊ noctis necessaria: vt vite eterne gaudia adipiscamur. ℘er dominꝫ. **In translatiõe scti marci euangeliste Introit.** Mihi aũt. Ps. DEus qui hodierna die gloriosa beati marci euangeliste membra tuis famulis reuelare dignatus es: concede propicius: vt qui eius corpis translationem venerandã colimus: ipsius beatitudini te ꝓcedente adiungi mereamur. ℘er. Lcõ Similitudo vultus. **Gradale.** Nimis honorati. Alla. ℣. Nõ vos me. **Vel tractus.** Beatus vir. **vel seqñ de euangelistis. Euangel'** Desiguit dñs. **Offer.** In omnẽ terram. **Secr.** His qsumus dñe muneribus intende placatus: ⁊ tribue supplicatione gloriosa euãgeliste tui marci nos a peccatis omnibus absolui: ⁊ celesti gloria ditari. ℘er. **Cõ.** Uos qui secuti. **Cõpl.** Refecti vitalibus alimonijs quesumus dñe deus noster: vt intercedente beato marco euangelista tuo: qd ore sumpsimus: pura mente capiamus. p. **Brigide virgis Oro**

QDeorum atqꝫ terrarũ cõditor ⁊ gubernator omnipotens deus: precanti pplo tuo succurre solita pietate ⁊ pista: vt qui in honore sancte brigide presentem diei gerimus solẽnitatẽ: per ipsius suffragia perhẽniter muneribus tuis potiamur. ℘er dñm. **Alia oratio**

DEus qui ob declarandaz virginitatis integritatem et fidei meritum ad tactum sancte brigide virginis lignũ aridum virere fecisti: cõcede propicius: vt eius apud tuam miscdiam precibus adiuuemur: cuius nõ solum castitatis irradiamur exemplis: verũ etiaz miraculorũ gloria iocundamur. p. **Secrẽ.** Ecclesie tue qsumus dñe ꝑces ⁊ hostias beate brigide cõmendet oratio: vt qui pro illius meritis maiestatẽ tuã indefessam atqꝫ exorabilem humiliter imploramus: eius meritis adiuti: miscdiam tuam sentiamus. p. **Complñ.** Adiuuent nos dñe quesumus hec sancta misteria q sumpsimus: ⁊ btẽ brigide vgis tue intercessio veneranda. p. **In festo purificationis marie fiat ꝓcessio vt s. in ꝓcessionali ꝯtinetur. Ad missam Introit**



Uscepimus deus miscdiam tuam i medio templi tui scdm nomẽ tuũ deus: ita et laus tua ĩ fines terre iusticia plena est dextra tua ℘s. Magnus dñs ⁊ laudabilis nimis in ciuitate dei nri in monte sctõ eius

OOmnipotẽs sempiterne deus maiestatẽ tuã supplices exoramus: vt sic vnigenitus filius tuus hodierna die cum nostre carnis substãtia in templo est presentatus: ita nos facias purificatis tibi mentibus presentari. ℘er eundem dñm

Lectio malachie prophete iij.

Hec dicit dñs deus. Ecce ego mitto angelu meũ: et preparabit viam ante faciez meã. Et statim veniet ad templum suum dñator quem vos queritis: ⁊ angelus testamenti quem vos vultis. Ecce veniet dicit dñs exercituum. Et quis poterit cogitare diez aduentꝰ eius: aut qs stabit ad videndũ eum: Ipse enim q̃si ignis conflans: ⁊ quasi herba fullonum. Et sedebit cõflans ⁊ emũdans argentũ: ⁊ purgabit filios leui: ⁊ conflabit eos quasi aurum et quasi argentum: et erunt dño offerentes sacrificia in iusticia. Et placebit dño sacrificiũ iuda ⁊ iherusalem: ⁊ sicut dies seculi ⁊ sicut anni antiqui. Dicit dñs oipotens. **Grad.** Suscepimus deus miseꝛiam tuam in medio tẽpli tui ſm nomen tuum deus: ita ⁊ laus tua in fines terre. ℣. Sic audiuimꝰ ita ⁊ vidimus: in ciuitate dei nostri. Alleluia. ℣. Post partũ virgo inuiolata pmansisti: dei genitrix intercede pro nobis.

Sequentia.

Concẽtu parili hic te maria veneratur populꝰ: teq; pijs colit coꝛdibus. Generosi abraҳe tu filia venerãda regia de dauid stirpe genita Letare mater ⁊ virgo nobilꝭ gabrielis archẽgelicoq; oracꝺo credula genuisti clausa filiũ. In cuius sacratissimo sanguine emũdatur vniuersitas perditissimi generis vt ꝓmisit deus abraҳe. Te virga arida aarõ floꝛe speciosa prefigurat maria: sine viri semine nato floꝛida. Tu porta iugiter serata: quam ezechielis vox testat maria soli deo puia esse Sed tu tamen matris virtutũ dum nobis exemplu cupisti cõmendare subisti remedium pollutis statutũ matribꝰ. Ad templum detulisti tecum mundandum qui tibi integritatis decus deus homo genitus a daurit intacta genitrix. Letare quez scrutatoꝛ coꝛdis ⁊ renum probat habitatu ꝓprio singulariter dignã sctã maria. Exulta cui paruus arrisit tũc maria qui letari omnibus ⁊ consistere suo nutu tribuit. Ergo quiq; colimꝰ festa paruuli chriſti ꝓpter nos facti eiusq; pie matris marie. Si nõ dei possumus tantã exequi tardi humilitatẽ foꝛma sit nobis eius genitrix. Laus patri gloꝛie qui suũ filium gentibꝰ ⁊ pplis reuelãs israhel nos sociat. Laus eiꝰ filio qui suo sanguine nos patri cõcilians supnis sociauit ciuibus. Laus quoq; spiritui sancto sit per euũ **Si venerit i. lxx. Tractꝰ.** Audi filia **Scõm Lucam.** ij. capitulo.

Postq; impleti sunt dies purgationis marie ſm legem moysi: tulerũt illũ in iherusalem vt sisterent eum dño: sicut scriptũ est in lege domini Quia omne masculinũ adaperiens vuluã: sanctum dño vocabitur: et vt darent hostiã ſm qꝺ dictum est in lege dñi: par turturũ: aut duos pullos colũbarum. Et ecce homo erat in iherusalẽ cui nomen symeon: ⁊ homo iste iustus ⁊ timoratꝰ: expectans ꝓsolationez israhel: ⁊ spiritus sanctus erat cum eo Et responsum acceperat a spũ

ſancto non viſurum ſe mortē: niſi prius videret christuz dñi. Et venit in ſpiritu in templuz. Et cum inducerēt pueruz ihm parentes eius: vt facerent fm conſuetudinez legis pro eo: et ipſe accepit eum in vlnas ſuas ꝛ benedixit deuz et dixit. Nunc dimittis ſeruum tuuz dñe: fm verbū tuum in pace. Quia viderunt oculi mei: ſalutare tuū. Quod paraſti: ante faciez oim populorū. Lumen ad reuelationem gentiū: ꝛ gloriā plebis tue iſrl. Credo. Offer. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternuz ꝛ in ſeculū ſeculi. Secr. Exaudi dñe pces nras ꝛ vt digna ſint munera q̄ oculis tue maieſtatz offerim⁹: intercedēte beata maria ſemp vgīe: ſubſidiū nob tue pietatis impende. p. Prefatio. Quia p incarnati. Cō. Repoſitum accepit ſymeon a ſpiritu ſancto non viſuruz ſe mortem: niſi prius videret christū dñi. Compln. Oꝛ ueſumus dñe de⁹ noſter: vt ſacroſancta miſteria que pro reparatiōis nr̄e munimine ꝓtuliſti: intercedēte beata maria ſemper virgine: ꝛ preſens nobis remedium eſſe facias ꝛ futurū. Per dominū.

In feſto ſancti blaſij epiſcopi.

Introitus. Juſt⁹ vt palma Oro Auxilium tuuz nobis dñe q̄ſumus placat⁹ impēde: et btō blaſio martyre tuo atq̄ pontifice intercedēte: dexterā nob tue ꝓpiciatiōis extēde. p. Grad. Juſtus non conturba. Alla. ℣. Beatus vir qui ſuf. vel tract⁹. Deſideriuz anime. Offer. Gloria ꝛ honore. Secr. Preſentia munera queſumus dñe ita ſerena pietate intuere: vt ſancti ſpūs perfundantur benedictione: ꝛ in nr̄is cordibus eā dilectionē validā operent̄: qua ſacerdos et martyr tuus blaſius oīa tormenta deuicit. Per do. eiusdē Com. Poſuiſti dñe. Complendō Accepta eſca ſpiritalis doni participatiōe ſacramēti: et deū ſaluatorem noſtrū ſuppliciter exorem⁹: vt per interceſſionē beati ſacerdotis ꝛ martyriſ tui blaſij ab oībus diabolicis mundemur inſidijs. Per dominū.

In feſto ſancte agathe virgis.

Introit⁹. Gaudeam⁹ oēs. Oro Deus qui inter cetera potentie tue miracula etiaz i ſexu fragili victoriā martyrij ꝓtuliſti: concede propicius: vt cuius natalicia colim⁹: per ei⁹ ad te exēpla gradiamur. Per. Lcō. Sapientia vincit. Grad. Adiuuabit eā. Alla. ℣. Diffuſa eſt. Seqntia de cōi virginum. vel tractus. Qui ſeminant. Euangel' Simile eſt regnū celorū decē. Offer. Offerent. minus. Secr Suſcipe dñe munera q̄ in btē agathe martyriſ tue ſolēnitate deferimus: cuius nos ꝓſidi⁹ patrocinio liberari Per. Com Qui me dignatus eſt ab oñi plaga curare: ꝛ māmillaſ meaſ meo pectori reſtituere ipſum inuoco deum viuū Cōpl. Auxilientur nobis dñe ſumpta miſteria: ꝛ intercedēte

t

btã agatha martyre tua: sempi/terna protectione ꝯfirment. p
In festo sancte dorothee vir/ginis et martyris Introitus.
Gaudeamus omnes in. Oratio.
OOmnipotens sempiterne deus: in cuius noie gl'osa virgo ⁊ martyr dorothea mul torum tormentorũ genera su/perauit te suppliciter exoram⁹ vt eius interuẽtu cuncta peri/cula vincam⁹: ipsamq; in nr̃is necessitatibus celerẽ adiutricẽ sentiamus. ℣per. Lectio Con/fitebor tibi. Grad. Specie tua ⁊ Alla. ℣ Tu virtutum tumba fine felle colũba generosa dorothea: nos tuere ne rumphea demõis succidat: nec tartar⁹ collidat. Ad placitũ se.
DSallat ꝓcors simphonia: lau/des pãgat armonia cũ sonora melodia cordisq; tripudio. In hoc festo letabũdo dorothee corde mõo sono plaudat vox iocundo neumat̃ preludio. Generosa xp̃i verna labe carens ⁊ lucerna: mõo lucens ac pin/cerna vina donans mistica. Para/disi tu colona que pro malo reddis bona: scribe mitis celi dona rosas ma la pistica. Vitam ducens angelorũ dũ in carne preter forũ: carnis viuis spernens thorum viri propter dñm. Martyr christi q̃ prophanos deos sternis ac paganos: fi de festꝫ ⁊ sic sa/nos mores facis hominũ. Tota ma/nens speciosa velut rubens fragrãs rosa: ad conflictum roborosa minãte fabricio. Q̃ inculata carceraris in ca thasta cruciaris: vultu cesa flagellarꝫ omni carens vicio. Gens peruersa male spei quaz dum doces verbum dei: lumen tue faciei cõterit cũ baculꝰ Furens anget tormentales penas seuas et letales: dum mãmillas vir/ginales tuas cremat faculꝰ. Suppli/cam⁹ nos tuere ⁊ peccata fac timere: martyr sancta ꝓfer vere temp⁹ peni/tentie. Virgo bona crimen tege: vi/ctũ dona mores rege: ne damnemur graui lege causa negligẽtie. Spõsa xp̃i dorothea tua nos vtute bea: vt purgata mente rea digni sim⁹ p̃mio Deũ nobis fac placatũ vt post hui⁹ incolatum: sed ⁊ locum det optatum in celesti gremio. Vel tract⁹. Qui seminant in lachrimis. Euangeliũ Simile est regnũ celorũ decẽ. Offer̃. Offerentur. min⁹. Secr̃ Accipe q̃sumus dñe munera dignãter oblata: ⁊ beate doro/thee virginis ac martyris tue meritis suffragantibus: ad nr̃e salutis auxilium ꝓuenire con/cede. ℣per. Cõm. Diffusa est gr̃a Cõpl. Supplices te rogam⁹ oipotens eterne de⁹: vt inter/cedente beata dorothea gl'osa virgie ac martyre tua: in cui⁹ passionis memoriã hec celestia sumptis̃m⁹ sacramẽta: pie nob fructus deuotionis accrescat: ⁊ ab hostib⁹ corporis ⁊ anime triumphare feliciter valeam⁹: ⁊ eterna dulcedine perfrui me reamur. ℣per dominũ nostrũ.
In festo sctẽ scolastice v̊ginis Introit⁹. Dilexisti iusticiã. Or̃o Familiã tuam quesumus domine beate virgis tue scolastice meritis propicius re/spice: vt sicut ipsius precibus qd̃ concupiuit imbrez celitus

descendere fecisti: ita eius supplicationibus ariditatē cordis nostri superne digneris gratie tue rore perfundere. Per do. Lcō. Sapientia vincit. Grad Dilexisti iusticiam. Alla. ℣. Specie tua. Vel tractus. Qui seminant in Euangel'. Simile est regnum celoꝝ decem. Offer̄. Offerent. minus. Secr̄. Suscipe q̄sumꝰ dñe ob honorem sancte scolastice virginis munus oblatuz: vt qđ nostris meritis non valemus assequi: eiꝰ intercessiōe largire propicius. Per. Cōm. Diffusa est gratia. Cōplñ. Quos celesti dñe refectione satiasti: beate q̄sumus scolastice virgis tue meritis a cunctis exue malꝭ et ea ꝓpiatꝰ ab ipsis auerte. ꝑ

In festo scti valētini martyris Introitus. In virtute tua. Oro

PResta q̄sumus oipotens deus: vt qui scti valētini martyris tui natalicia colimꝰ: a cūctis malis iminentibus eiꝰ intercessione liberemur. Per. Lcō. Beatus vir qui inuentꝰ. Grad. Beatus vir qui timet. Alla ℣. Letabitur iustus. Vel tractus Desiderium anime. Euangelium Nolite arbitrari. Offer̄. In virtute tua. Secr̄. Oblatis q̄sumꝰ dñe placare muneribꝰ: et intercedente beato valentino martyre tuo: a cūctis nos defende periculis. Per. Cōm. Magna est gloria. Compl'. Sit nobis dñe reparatio mētis et corporis celeste misteriū: vt cuiꝰ exeqmur actionem: sentiamꝰ effectū. ꝑ.

In festo sancte iuliane virgis Introitꝰ. Gaudeamꝰ oēs. Oro

DEus qui nos bt̄e iuliane virgis ac martyris ānua solēnitate letificas: ꝓcede propicius: vt eius adiuuemur meritis: cuiꝰ castitatis irradiamur exemplis. Per. Lectio. Dñe deus meus. Grad. Specie tua. Alleluia: ℣. Adducentur regi. Vel tractus. Qui seminant Euangel' Simile est regnū celorū decē. Offer̄. Filie regum. Secr̄. Hostias tibi dñe beate iuliane virginis ac martyris tue dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuum tribue prouenire subsidiuz. ꝑ. Cō. Confundantur superbi quia iniuste iniquitatē fecerūt in me: ego autem exercebor in iustificationibꝰ tuis. Cōpl'. Auxilient nobis dñe sumpta mysteria: et intercedente beata iuliana virgie ac martyre tua sempiterna protectione confirment. Per

In festo sancti crisanciani et sociorum eius Introitꝰ. Sapientiam sanctorum narrant. Oratio.

DEus qui nos ꝓcedis sanctorum martyrum tuoꝝ crisanciani et socioꝝ eius natalicia colere: da nobis in eterna leticia de eorum semp societate gaudere. Per. Grad. Justorum anie. Alleluia. ℣. Corpora sanctorū Vel tractꝰ. Qui seminat. Euāgl. Cum audieritis prelia. Offer̄. Letamini in dño. Secr̄. Oblatis q̄sumꝰ dñe placare muneribꝰ: et intercedentibus sanctis martyribꝰ tuis crisanciani cum so-

cijs suis: a cūctis nos defende periculis. ℘er. Cōm. Justorum anime. Complñ. Hec nos dñe cōmunio purget a crimine: et intercedentib⁹ sanctis tuis crisanciano cū socijs suis celestis remedij faciat esse cōsortes. p. In festo cathedre sancti petri Introitus. Statuit ei dñs. ℴro

Deus qui beato apostolo tuo petro collatꝫ clauib⁹ regni celestis aias ligandi atqꝫ soluendi pontificiuꝫ tradidisti: concede: vt intercessionis ei⁹ auxilio: a peccatorum nostroꝝ nexibus liberemur. ℘er dñm. Lectio. Dis pontifex. Grad. Jnueni dauid. Tractus. Tu es petrus ⁊ super hanc petrā edificabo ecclesiam meam. ℣. Et porte inferi non prevalebunt aduersus eā: ⁊ tibi dabo claues regni celorū. ℣. Et qd cunqꝫ ligaueris super terram: erit ligatum ⁊ in celis. ℣. Et quodcunqꝫ solueris super terram: erit solutum ⁊ in celis. Euangeliū. Respiciens ihesus in discipulos suos dixit symoni petro. Si peccauerit. Reqre feria tercia p⁹. Dcli.xlij. Credo. Offertoꝛ. Veritas mea. Secꝛ. Ecclesie tue quesumus domine preces ⁊ hostias beati petri apli tui cōmendet oratio vt quod pro illius gloria celebram⁹: nobis ꝓfit ad veniā. p Cōm. Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Compl. Letificet nos qsum⁹ dñe munus oblatum: vt sicut in apl̄o tuo petro te mirabilez ꝓdicam⁹: sic p illū tue sumam⁹ indulgentie largitatem. ℘er ꝺ

In vigilia sancti mathie apli Introitus. Ego aūt sicut. ℴro. Concede nob qsumus. Cetera vt in cōi apostoloꝝ habentur. In die sancto Introitus. Mihi autē nimis honorati sunt. Oratio.

Deus qui beatum mathiā apostolorum tuorū collegio sociasti: tribue quesum⁹: vt eius intercessione: tue circa nos pietatis semp viscera sentiamus. ℘er dominū nostrū. Lectio actuū apostoloꝝ. j. cap

In diebus illis. Surgens petrus in medio fratrum dixit. erat autez turba hominū simul fere centum viginti. Viri fratres: oportet impleri scripturam quam predixit spiritus sanctus per os dauid de iuda: qui fuit dux eorum qui comprehenderunt ihesum. Qui connumeratus erat in nobis: ⁊ sortitus est sortē ministerij huius. Et hic quidez possedit agrum de mercede iniqtatis: ⁊ suspensus crepuit medius: et diffusa sunt oia viscera eius. Et notuz factū est omnibus habitantib⁹ iherusalez: ita vt appellaretur ager ille lingua eoruz achelde-mach: hoc est ager sanguinis. Scriptum est enī in libro psalmorum. Fiat habitatio ei⁹ deserta: ⁊ non sit qui inhabitet in ea: ⁊ episcopatuz eius accipiet alter. ℴportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati: in omni tempore quo intrauit ⁊ exiuit int nos domin⁹

ihesus:incipiens a baptismate iohānis vsq; in diē qua assumptus est a nobis: testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Et statuerūt duos:ioseph qui vocabatur barsabas qui cognominat⁹ est iustus:⁊ mathiam:et orantes dixerunt. Tu domine qui corda nosti omnium: ostende quem elegeris ex his duobus vnum accipere locū ministerij huius ⁊ apostolatus:de quo preuaricat⁹ est iudas vt abiret in locū suum. Et dederunt sortes eis. Et cecidit sors super mathiaz: ⁊ ānumeratus est cum vndecim apostol'. **Grad.** Nimis honorati **Tractus.** Beatus vir **Vel.** Desiderium anime eius tribuisti.

Scōm Matheum. xj. capitulo

In illo tēpore Respondēs ihesus dixit. Confiteor tibi pater domine celi ⁊ terre:quia abscondisti hec a sapientibus ⁊ prudentibus:⁊ reuelasti ea parvulis. Ita pater:quoniā sic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita sūt:a patre meo. Et nemo nouit filiū nisi pater: neq; patrem quis nouit nisi filius:⁊ cui voluerit filius reuelare. Venite ad me oēs qui laboratis ⁊ onerati estis:⁊ ego reficiā vos Tollite iugum meū sup vos: ⁊ discite a me:quia mitis sum ⁊ humilis corde:⁊ inuenietis requiem animab⁹ vestris. Jugū enim meum suaue est:et onus meum leue. Credo. **Offertor.** In omnem terram. **Secr.** Deus qui proditoris tui apostate ruinam ne apostolorū numerus sacrat⁹ perfectione careret bti mathie electione supplesti:presentia munera sanctifica:⁊ per ea nos gratie tue vir tute confirma. p. **Prefatio de apostol.** **Cōm.** Vos qui secuti. **Complen.** Presta q̄sumus omnipotens deus:vt per hec sancta q̄ sumpsimus:interueniente btō mathia apostolo tuo:veniam cōsequamur ⁊ pacem. Per dñm.

In festo sci thome de aq̄no ifr

In medio eccl'e aperuit os eius ⁊ impleuit eum dominus spiritu sapientie ⁊ intellectus:stola glorie induit eum. **ps.** Jocunditatē ⁊ exultationem thesaurisauit sup eū. **Oro.** Deus qui ecclesiam tuam bti thome de aquino cōfessoris tuis mira eruditiōe clarificas:⁊ sancta operatione fecundas:da nobis quesum⁹:vt que docuit intellecta despicere: ⁊ que egit imitatiōe cōplere. p. **Lectio libri sapientie.** vij. cap. Optaui et datus est mihi sensus:⁊ inuocaui:⁊ venit in me spiritus sapientie:⁊ preposui illam regnis ⁊ sedibus:⁊ diuitias nihil esse dixi in cōparatione illius:nec compaui illi lapidē pciosum: quoniā omne aurum in comparatione illius arena est exigua:⁊ tanq̄ lutum estimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem ⁊ speciem dilexi illam:⁊ proposui pro luce habere illam: quoniā inextinguibile est lumen illius.

Uenerunt autem mihi omnia bona pariter cū illa: & innumerabilis honestas p manus illi⁹ Et letatus sum in omnib⁹: qm̄ antecedebat me ista sapiētia: et ignorabā quoniam bonorum omnium mater est. Quaz sine fictiōe didici: & sine inuidia cōmunico: & honestatem eius nō abscondo. Infinit⁹ enim thesaurus est hominibus: quo qui vsi sunt: participes facti sunt amicicie dei. Grad Os iusti me Tract⁹. Quasi stella matutina in medio nebule: et quasi plena luna in diebus suis. ℣. Et q̄si sol refulgens sic ille refulsit in tēplo dei. ℣. Quasi arcus refulgēs inter nebulas glorie: & quasi flos rosarū in diebus vernis ℣. Quasi lilia que sunt in trāsitu aq̄ & q̄si thus in dieb⁹ estatis. ℣. Quasi ignis effulgēs: & thus ardēs in igne ℣. Quasi vas auri solidum: ornatū omni lapide precioso. Euangeliuz Uos estis sal terre. Offertor. Ueritas mea. Secr. Passionis filij tui dñe memoriam recensentes deposcim⁹: vt quod in solēnitate bti thome pfessoris tui maiestati tue deferimus sacrificium sit acceptum. p. Cōm Fidelis seruus. Cōpl. Hec nos quesum⁹ dñe cōmunio sancta letificet: qua beati thome confessoris tui suffragantibus meritis: & virtutes roborentur interius: & actus exterius pie deuotionis excrescāt. Per dñm. In festo. xl. martyrū Introit⁹ Sapientiam sanctorum. Oratio. Oresta q̄sumus oipotens deus: vt qui gl̄osos martyres fortes in sua pfessione cognouimus: pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per Grad. Justorum anime. Tract⁹ Qui seminant. Offer. Mirabilis deus. Secr. Sacrificijs presentibus dñe intende placatus: vt intercedentib⁹ sanctis tuis deuotioni nostre proficiant & saluti. p. Lō. Ego vos elegi. Cōpl. Quesumus oipotens de⁹: vt illius salutaris capiam⁹ effectū cuius per hec misteria pignus accepimus. Per dominū nr̄m

In festo sancti gregorij pape

Introit⁹. Sacerdotes dei. Oro Deus qui anime famuli tui gregorij eterne beatitudinis premia contulisti: pcede propicius: vt qui peccatorum nostrox pondere premimur: eius apud te precibus subleuemur. p. Lcō malachie. Scietis quia misi. Require in cōmuni confessox & pontificū. Grad. Jurauit dñs. Tractus. Beat⁹ vir qui timet. Euangeliū. Uos estis sal terre. Require in cōi pontificū. Offer. Ueritas mea. Secr Annue nobis dñe quesum⁹: vt intercessione beati gregorij confessoris tui atq̄ pontificis hec nobis prosit oblatio: quaz imolando totius mōi tribuisti relaxari delicta. p. Cōm. Fidelis seru⁹. Compl. Deus qui beatū gregorium pontificē sanctorū tuox meritis coequasti: pcede propicius: vt qui cōmemorationis eius festa pcolimus: vite

quoq; imitemur exẽpla. ꝑ Per.
In festo hellari ⁊ daciani Intr̃

Usti epulentur ⁊ exultent in cõ/ spectu dei: ⁊ de/lectent̃ in leticia ps̃ Exurgat deus ⁊ dissipentur inimici eius: ⁊ fugiant qui oder̃t eum a facie eius. **Oratio.**

Omnipotens sempiterne deus qui gloriosos martyres tuos hellarum dacianuz felicez largum ⁊ dyonisiũ pro imaculate fidei constantia et agone martyrij corozonasti: da q̃/sumus propicius ac placatus: vt omnes qui eoruz passionis solẽnia cum amoze colimus: a cunctis mundi ꝓturbationib9 liberati: celestis vite ꝑmia consequamur. p. **Lectio** Sancti p fidẽ. **Grad.** Justoz aie. **Tract9.** Qui seminant **Euangeliũ.** Cum audieritis. **Offer̃.** Letami in do. **Secr̃.** Propiciare q̃sum9 dñe supplicationib9 nostris: vt hec oblatio quã in honoze sãctorũ martyrũ tuoz hellari ⁊ daciani felicz largi atq; dyonisij oculis tue maiestatz deuote deferim9 cunctis nobis ꝓficiat ad salutẽ ⁊ ad remissionem omniũ peccatorum. p. **Cõm.** Justoz anime **Compl.** Sumpto dñe diuino misterio supplices te deprecamur: vt meritis sanctorũ martyrum tuoruz hellari ⁊ daciani felicz largi atq; dyonisij: i quoz hec cõmemoratiõe ꝓcepimus hoc idez sacramentũ ad salutẽ nostrarũ proficiat animarũ. p.

De sancto ioseph Introit9 ad placitum. Justus vt palma. **Oro**

Omnipotens sempiterne deus: qui beatum ioseph sponsum vna testez perpetue virginitatis genitricis tue sctẽ marie ab omni suspitione iniq; infamie p̃fidoruz illesum custodisti: p̃sta nob per merita ipsi9 ab oi falsa opinione ⁊ infamia securos consistere: ⁊ ad eternitatis gloziam peruenire. ꝑ Per. **Lectio.** Qui timet deũ. **Grad** Dñe preuenisti. **Tractus.** Beatus vir qui tim. **Euangel.** Defuncto herode. **Regre i vigilia ephie. fol. xv. Offer̃.** Desideriũ anime **Secr̃.** Laudis tue dñe hostias imolamus: rex regũ ⁊ domin9 dominantiũ: qui ne a reprobo herode videreris super terraz per man9 beati ioseph in egyptum atq; inde in iudeam deferri voluisti: presta nobis per preces ipsius: vt quem nutritoreꝛ voluisti habere in terris: etiaz pro nostris delictis exaudias in celis. ꝑ Per dñm. **Com.** Tolle puerum ⁊ matrẽ eius ⁊ vade in terram iuda: defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. **Compl.** Cultu salutaris hostie recreati omnipotentiaz tuam domine suppliciter exoram9: vt qui ad redimendũ hominem de celis descendẽs: atq; ex vtero beate marie carnem assumens: beati ioseph manib9 subdi voluisti: presta nobis per ipsi9 oones

tue semper voluntati nostruz
deuote perficere famulatum:
tuisqz semp fac inherere man-
datis. Qui cum deo patre viu

In festo bti benedicti abbatis

Introitus Os iusti me. Oratio

OOncede quesum9 omni
potēs deus: fidelib9 tuis
beati benedicti confessoris tui
festa celebrantibus: cunctoruz
veniam peccatoz: vt qui exul-
tantib9 animis ei9 claritati cō-
gaudent: ipso apud te interue-
niente consocientur 7 meritis
Per do. Lectio libri sapientie
Ecclesiastici. xliij. capitulo.

RIgabo ortum meū plan-
rationū: 7 inebriabo par-
tus mei fructum. Et ecce fact9
est mihi trames abundans: et
fluuius meus approp̄inquabit
ad mare: quoniam doctrinam
quasi ante lucanum illumino
omnibus: 7 enarrabo illā vsqz
in longinquū. Penetrabo in-
feriores partes terre: 7 inspiciā
oēs dormientes: 7 illuminabo
oēs sperantes in dño. Adhuc
doctrinam quasi prophetiam
effundā: 7 relinquā illam que-
rentibus sapientiaz: 7 non de-
sinam in progenies illoz vsqz
in euū sanctū. Videte quoniaz
non soluz mihi laborauī: sed et
oibus exquirentibus veritatē.
In his placitū est spiritui meo
que sunt probata coram deo 7
hominibus: concordia fratrū:
7 amor proximorum. Gradal
Dñe preuenisti. Tractus. Beatus
vir qui timet. Euangelium. Ecce
nos reliquim9. Require in cō-
muni martyrū. Offer. Veritas
mea. Secr. Oblatis tibi qsum9
dñe beati confessoris tui bene-
dicti festiuitate placare mune-
ribus: 7 ipsi9 interuentu famul'
tuis cunctoz tribue indulgen-
tiaz delictorum. Per dominū.
Cōm. Beatus seruus. Compleū
Beati benedicti cōfessoris tui
precibus confidentes qsumus
clementiā tuam: vt per ea que
sumpsim9: eterna remedia ca-
piamus. Per dominū nostruz

In ānunciatione beate marie virginis Introitus.

RORate celi de-
super: et nubes
pluāt iustū: ape-
riat' terra 7 ger-
minet saluatorē
ps. Celi enar-
rant glorias dei
et opera manuū
eius annunciat firmamentū. Oro.

DEus qui hodierna die ver-
bum tuū beate marie vir
ginis aluo coadunare voluisti
per eius intercessionē fac nos
ita dominica sacramenta pera
gere: vt tibi placere valeamus
Per eundem dominū nostrū
Vel alia. Deus qui de beate ma
rie virginis vtero. vt supra in
aduentu dñi habetur. Lectio.
Locutus est domin9 ad achas
Require feria quarta quatuor
tpm in aduētu. fol'. iiij. Vel alia
Lcō ezechielis prophete. xliiij.

PActa est super me man9
dñi: 7 eduxit me in visio-

nibus dei in terram israhel. Et dimisit me super montem excelsum nimis: super quez erat quasi edificium ciuitatis vergentis ad austrum. Et introduxit me illuc: et ꝙuerti me ad portam que respiciebat ad ꝙrientē et erat clausa. Et dixit dominus ad me. Porta hec clausa erit: et non aperietur: et vir non transibit per eam: quoniā dominꝰ deus israℓ ingressus est per eaz: eritqz clausa pricipi. Princeps ipse sedebit in ea: vt comedat panem coram dño per viam vestibuli porte ingredietur: et per viaz eius egredieℓ. Grad. Tollite portas principes vestras et eleuamini porte eternales et introibit rex glorie. ℣. Quis ascēdet in montem dñi: aut quis stabit in loco sācto eiꝰ: innocens manibꝰ et mundo corde. Tractus. Audi filia et vide et inclina aurem tuam: et obliuiscere populum tuum et domum patris tui. Et concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse est dominus deus tuus. Et adorabunt eum filie tyri in muneribus. Omnes diuites plebis vultum tuum deprecabuntur. Omnis gloria eius filie regis ab intus in fimbriis aureis circumamicta varietatibus. Adducentur regi virgines post eam proximae eius adducentur tibi. Adducentur in leticia et exultatione: adducentur in templum regis. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: constitues eos principes super omnem terram. Memores erunt nominis tui domine in omni generatione et generationem. Confitebuntur populi tibi domine in eternum et in seculum seculi. Alleluia. ℣. Prophete sācti predicauerūt nasci saluatorē de virgine matre sancta maria. Alleluia. ℣. Gabriel angelus nunciauit marie qꝺ intacta pareret iesum. ℣. Respondit autez maria: ecce ancilla domini fiat mihi scōm verbum tuum. Uel. Alleluia. ℣. Aue maria gratia plena. Sequentia. Mittit ad virginem. Quere post cōmune de veneratione eiusdem. Notandum de festis que post octauam paschę celebrantur in fine cuiuslibet introitus offertorij et cōmunionis adiungitur. alleluia. et hoc obseruatur in omnibus festis que celebrantur infra paschā et penthecosten. Euangeℓ Missus est angelus gabriel tc. Require feria quarta quatuor temporū in aduētu dñi fol. iiij Credo. Offer. Aue maria gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. Secr. In mentibꝰ nostris qsumus domine vere fidei sacramenta confirma: vt qui conceptuz de virgine deū verum et hominē confitemur: per eius salutifere resurrectionis potentiam ad eternaz mereamur peruenire leticiā. Per dominū nostrum iesum xpm Prefatio. Et te in annunciatione. Cōm. Ecce virgo cōcipiet et pariet filium: et vocabitur nomen eius emanuel. Complend. Gratiam tuā domine mentibus nostris infunde: vt qui angelo annunciante christi filij tui incarnationem cognouimus: per passionem eius et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem dominū nostrū. In festo sancti rudperti cōfessoris et pontificz. Introitus ad placitū. Statuit ei dñs. Oratio. Deus qui nos dono beati rudperti confessoris tui atqz pontificis ad agnitionem tui sancti nominis vocare dignatus es: concede propicius: vt cuius solēnia colimus: eius patrocinia sentiamus. Per d.

Lectio Ecce sacerdos magn⁹ Grad. Inueni dauid. Tractus. Beatus vir qui timet. Euangeliũ Confiteor tibi pater. Require supra in die mathie. Offertor Veritas mea. Secret. Hostias tibi domie laudis tuis altarib⁹ adhibem⁹:qs eius patrocinio tibi credimus cõmendandas: cuius nos voluisti votz ad tue pietatis peruenire noticiam.p Cõm. Domine quinqz. Complñ Beati rudperti confessoris tui atqz pontificis domie precib⁹ confidentes:qsumus clementiam tuam: vt per ea que sumpsimus:eterna remedia capiamus. Per dominuz nostrum. In festo sactarũ agape ciconie et hyrene virginũ z martyruz Introit⁹. Sapiaz sanctoz. Oro

DEus qui nos in tantis periculis pstitutos pro humana scis fragilitate nõ posse subsistere:da nobis per merita sanctarũ virginuz ac martyrũ tuarũ agape ciconie z hyrene salutem mentis z corporis: vt ea que pro peccatis nostris patimur:te adiuuante vincamus Per dominũ nostrum ihesuz. Epla. Sancti per fidẽ. Grad. Glorios⁹ deus. Vel Alleluia. de cõmuni martyrum. Tractus. Qui seminant. Euangeliũ. Cum audieritis p̃. Offer. Offerentur min⁹. Secr. Sanctarum virginum ac martyrum tuarum agape ciconie z hyrene qsum⁹ domine precibus z meritis deuotio nostra tibi complaceat: z obsequia munerũ nostrorũ: earum oratiõe fiant accepta.p Cõm. Quinqz prudentes. Cõpl. Adiuuent nos dñe quesum⁹ merita z intercessiões sanctaz virginum ac martyrũ tuarum agape ciconie z hyrene: vt qui earum venerandã agimus solẽnitatez:earum suffragio mereamur ab omnib⁹ exui malis: z te largiente sempiternis perfrui bonis. Per dñm nostruz. Marie egyptiace Introit⁹ de cõmuni virginum. Oratio.

INfunde quesum⁹ domie cordibus nostris illius cõuersionis affectum: quẽ beate marie egyptiace a tua gra nouimus infusum. Per dominũ Lectio. In lectulo meo p noctem qsiui. Regre marie magdalene. Euangeliuz. Erant appropinquãtes. Require supra dñica tercia post penth̃. fol. cix Secr. Sacrificium domie qd desideranter offerimus:gratũ tibi beata maria egyptiaca suffragatrix efficiat.p. Complen. Beate marie egiptiace domie suffragijs exoramus: vt pcepti tui sacramenti nos virtute defendas. Per dominũ nostruz In inuentione sanctorum corporum cancij canciani cancianille z crisogoni Introitus. Intret in conspectu. Oratio.

OOmnipotens sempiterne de⁹ qui hodierna die mẽbra sanctorũ martyrũ tuorum cancij canciani cancianille crisogoni anastasie z prothi nob

famul' tuis reuelare dignat⁹ es cõcede propicius: vt qui eorũ corpor translatiõ venerãdo colimus: ipsorũ beatitudini te ꝓcedente adiũgi mereamur.p. Grad. Gloriosus deus. Tract⁹ Qui semin ãt. Uel Alleluia de cõi martyrũ sicut temp⁹ requirit. Offer. Letamini in dño. Secrẽ. His q̃sumus dñe muneribus intende placatus: ⁊ tribue supplicatione beatorum martyrũ cancij cancianj cancianille crisogoni anastasie atq; prothi: nos a peccat⁹ omnib⁹ absolui: et celesti gratia ditari.p. Cõm. Multitudo languentium. Compl' Refecti vitalibus alimentis q̃sumus domie deus noster: vt intercedentibus sctis tuis cancio canciano cancionilla crisogono anastasia atq; ꝓtho qd ore sumpsim⁹: pura mente capiamus. Per dominũ nostrũ. In festo sanctor thiburcij valeriani ⁊ maximi Introitus. Sancti tui domine. Oratio. Presta q̃sumus oipotens de⁹: vt qui sanctor martyrum tuorum thiburcij valeriani ⁊ maximi solẽnia colim⁹: eor etiã virtutes imitemur.p. Lectio. Ligna sapientiũ. Alla. ℣. Preciosa i ꝓspectu. Secundũ Alleluia de resurrectiõe dicitur videlicet. Christ⁹ resurgens. Uel aliud. Alleluia. ℣. Surrexit pastor Euangelium. Cum audieritis. Offer. Confitebuntur celi. Secr Hec hostia q̃sumus dñe quaz sanctor tuorũ natalicia recensentes offerim⁹: ⁊ vincula nre prauitat⁹ absoluat: ⁊ tue nobis misericordie dona conciliet.p. Cõm. Gaudete iusti. Complen. Sacro munere satiati te supplices dñe deprecamur: vt qd debite seruitutis celebram⁹ officio: saluationis tue sentiam⁹ augmento. Per dñm nostrũ.

Notandum si predicta festa videlicet sanctor agape ciconie ⁊c cum alijs vt supra venerint post festum resurrectionis dñi seu officium eorum post dictũ festum celebrari contigerit oia de ipsis fiãt sicut de sctis infra pascha p totũ videlicet. Sancti tui domine. Require in cõmuni Orationes vero dictor festor dicãtur vt s. Insup notandu q̃ in festiuitatibus tã duplicib⁹ q̃z.ix.lectionũ vel triũ interuenientib⁹ ab octaua pasce vsq; ad octauaz penthecostes duo. Alleluia. dicuntur pretermisso grad. primũ de festo. secundũ de resurrectione. Sed est sciendu q̃ si aliqd festũ ꝓtigerit celebrandũ anteq; impositum sit officiũ dñice in alb videlicet Quasi modo geniti. pro secũdo. Alleluia. ℣. Xp̃us resurgens. Uel Alleluia. ℣. Oportet christũ. Sed postq; impositum fuerit predictum officiũ: tunc pro secũdo dicit. Alleluia. ℣. Surrexit pastor. Et deinceps dr vsq; ad ascensionem dñi nisi aliud signetur Ab ascensiõe vero vsq; ad pẽthecostẽ loco. Alleluia. ℣. Surrexit pastor. dicitur aliud. Alleluia

℣. Ascendit deꝰ in iubilatiõe. Vel. Alleluia ℣. Ascendo ad patrem. Et terminantur ad penthecostẽ. A penthecostẽ vero vsqꝫ vt ꝑ loco Alleluia ℣. Ascendit deus in iubilatione. Vel loco Alleluia. ℣. Ascendo ad patrem. dicatur. Alla de cõmuni. pro secundo vt festum requirit. Insuper notandũ qꝺ sequentia. Victime paschali. dicitur in festis duplicibus ⁊. in lectionẽ. nisi alia assignetur ab octaua pasche vsqꝫ ad ascensionem. ab ascensiõe vero vsqꝫ ad octauã penthecostẽ dicatur de cõmuni vt festum requirit.

In festo scti georgij martyris

PRoteristi me Introitus. deꝰ a conuentu malignantiuꝫ alleluia: a multitudine operantium iniquitatẽ alleluia alleluia. ℘s. Exaudi deus orationẽ meam cum deprecor: a timore inimici eripe animã meam. Oratio.

DEus qui nos bti georgij martyris tui meritis ⁊ intercessione letificas: cõcede ꝓpicius: vt qui eiꝰ beneficia poscimus: dono tue gratie consequamur. ℘er dominũ nostrũ Lectio. Justum deduxit dñs. Alleluia. ℣. Beatus vir qui timet. Secundum. Alleluia. de resurrectiõe vt tps requirit vide ꝭ. Sc̃m Marcum. viij. capitul. IN illo tẽpore. Conuocata turba ihesus cũ discipulis suis: dixit ei. Si quis vult me sequi: deneget semetipsum: et tollat crucem suam ⁊ sequatur me. Qui enim voluerit animã suam saluã facere: perdet eam. Qui autem perdiderit animaꝫ suam ꝓpter me ⁊ euangeliũ: saluam eam faciet. Quid enim ꝓderit hõmini si lucret mundum totuꝫ: et detrimentũ anie sue faciat: aut qꝺ dabit homo cõmutationis pro anima sua: Qui enim me ꝓfessus fuerit et verba mea in generatione ista adultera et peccatrice: et filius hominis confitebitur eum cũ venerit in gloria patris sui cum angelis suis. Offer. Confitebunt celi mirabilia tua dñe: et veritatem tuam in ecclesia sanctorum alla alla. Secr. Munera domie oblata sanctifica: et intercedẽte beato georgio martyre tuo: per hec a peccatorũ nostrorũ maculis nos emunda. ℘er dñm. Cõm Letabitur iustus Compl. Supplices te rogamus omnipotens deꝰ: vt quos tuis reficis sacramentis: intercedente beato georgio martyre tuo: tibi etiam placitis moribꝰ dignanter tribuas deseruire. ℘er dominũ.

Si autez festum sancti georgij contigerit ante resurrectionẽ dñi celebrari: tunc fiat vt infra Ad missam Introitus. Justus non conturb. Oratio ⁊ epla vt ꝭ Grad. Justus vt palma. Tractꝰ Desiderium anime. Euangel vt ꝭ. Offer. In virture tua. Secr vt ꝭ Cõm. Magna est gla. Cõpl vt ꝭ

In festo plurimorum martyrum infra paschã ⁊ penthecosten cadente Introitus.

SAncti tui domine benedicẽt

te:gloziam regni tui dicent alla. ℣. Exaltabo te deꝰ meꝰ rex:ꝛ benedicã nomi tuo in seculũ ꝛ in seculũ seculi. **Lectio libri sapientie.** v.capło

IUstabũt iusti in magna cõ stantia aduersus eos qui se angustiauerunt: ꝛ qui abstulerunt labozes eoꝝ. Uidentes turbabũtur timoze hoꝛribili: ꝛ mirabuntur in subitatione insperate salutis: dicẽtes intra se penitentiaz agentes: ꝛ pꝛe angustia spũs gementes. Hi sunt quos aliquando habuimus in deriſum: ꝛ in similitudinez improperij. Nos insensati vitam illoꝝ estimabamus insaniã: et finem illoꝝ sine honoze. Ecce quomodo cõputati sunt inter filios dei: ꝛ inter sanctos sozs illoꝝ est. Alleluia. ℣. Gaudete iusti. Alla. ℣. Surrexit pastoꝛ. **Seqñ.** Uictime paschali. **Euãgel.** Ego sum vitis. **Requiꝛe in cõi de apostoł. Offer.** Confitebunt **Cõmu.** Gaudete iusti in domino. **In festo scti marci euangeliste Introit.** Protexisti me d. **Oro**

DEus qui beatum marcuz euangelistaz tuum euangelice pꝛedicationis gratia sublimasti: tribue quesumus eius nos semp eruditione ꝓficere: ꝛ oꝛatione defendi. Per dñm **Lcõ.** Similitudo vultus. Alla ℣. Beatus vir. **Uel aliud.** Xpus resurgens. **Uel aliud.** Oportebat pati christum. **Uel.** Surrexit pastoꝛ **Scõm Marcum.** x.capitulo.

IN illo tẽpoꝛe. dixit ihesus discipulis suis. Facilius est camelũ per foramen acus tra/sire: qz diuitez intrare regnum dei. Qui magis admirabantur dicentes ad semetipsos. Et qs potest saluus fieri? Et intuens illos ihesus ait. Apud homies impossibile est: sed non apud deum. Omnia enim possibilia sunt apud deuz. Et cepit ei petrus dicere. Ecce nos dimisimus oia: ꝛ secuti sumus te. Respondens ihesus ait. Amẽ dico vob nemo est qui reliquerit domũ aut fratres: aut soꝛoꝛes: aut patrem: aut matrez: aut filios: aut agros ꝓpter me ꝛ euangeliuz: qui non accipiet centies tantũ nunc in tempoꝛe hoc: domos ꝛ fratres ꝛ soꝛoꝛes: ꝛ patres et matres: et filios et agros cum persecutionibus: ꝛ in futuro seculo vitam eternaz. **Offertoꝛ** Confitebuntur celi. **Secr.** Hanc quesumus dñe oblationẽ pro cõmemoꝛatiõe bti marci euangeliste oblataz: beato contuere intuitu: ꝛ psta: vt ꝛ nomini tuo ad gloziam: ꝛ nobis ꝓficiat ad medelaz. Per. **Cõm.** Letabitur iustus. **Compł.** Pasti cibo spiritalis alimonie quesumus dñe deus noster: vt quod misterio celebramus: intercedẽte beato marco euãgelista atqz põtifice: plena veritate cõsequamur. ꝑ. **In letania maioꝛi videlicet in festo sancti marci euãgeliste fit ꝓcessio per oẽs eccłas ciuitatz Aquileyeñ hoc modo. Cantata missa beati marci ꝓcedat sacerdos indutꝰ cappa serica cũ**

reliquijs sanctor: vexillis: cruce: candelabris: subdyacono z dyacono: z illis stantibus ante ambonem incipiat chorarius.

Exurge domie adiuua nos: et libera nos propter nomẽ tuũ alla. Deus auribꝰ nris audiuimꝰ patres nostri annunciauerunt nobis Gloria patri. Exurge dñe. Deide Kyriel. xpel. kyriel. Quo finito dicat sacerdos. Orem⁹. Oro.

Ostem familie tue qñs dñe intercedente gliosa semperq; virgie dei genitrice maria: cum istis z omnibꝰ sanctis z electis tuis: z munere cõpunctiõis aperi: z largitate pietatis exaudi. Per christum dominum nostrum. Respondet. Amẽ. Qua finita incipiãt chorarij in exitu ecclesie añ. Ego sũ deus. cum reliquijs per ordiné vt in processionali continetur Finita processiõe cantet missa de letania vt supra per totum. In festo sãcti vitalis martyris Introit⁹ Proteristi me de. Oro

Resta qsumus oipotens deus: vt intercedẽte btõ vitale martyre tuo: z a cunctis aduersitatibꝰ liberemur in corpore: z a prauis cogitationibꝰ mundemur in mente. Per do

Lectio. Justus si morte. Alla. ℣. Beatꝰ vir. Alleluia. ℣. Surrexit pastor. Euangel. Ego sum vitis

Offer. Repleti sumus. Secreta.

Accepta sit in conspectu tuo domie nostra deuotio: et eius nobis fiat supplicatiõe salutarꝭ pro cuius solẽnitate deferr. p. Cõm. Ego sum vitis. Compleñ

Refecti participatiõe munerꝭ sacri quesumus domine deus noster: vt cuiꝰ exeqmur cultũ: sentiamus effectuꝫ. Per dñm.

In festo philippi z iacobi apostolorum Introitus.

Exclamauerunt ad te domine in tempore afflictiõis sue: z tu de celo exaudisti eos alleluia alleluia ps Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

Deus qui nos annua apostolorum tuorũ philippi z iacobi solẽnitate letificas: pta quesumus: vt quoꝝ gaudemꝰ meritis: instruamur exẽplis. p.

Lectio. Stabũt iusti. Alleluia. ℣. Stabũt iusti in magna cõstantia aduersus eos qui se angustiauerunt Alleluia. ℣ Surrexit pastor. Post ascensionem. Alleluia. ℣. Ascendit deus in iubilatione.

Scõm Johãnem. xiiij. capto.

In illo tẽpore. dixit ihesus discipulis suis. Nõ turbet cor vestrum: creditis in deum z in me credite In domo pris mei: mãsiones multe sunt. Si quo minus dixissem vobis: quia vado parare vobis locum. Et si abiero z preparauero vobis locum: iterũ veniam z accipiã vos ad meipsũ: z vbi sum ego et vos sitis. Et quo ego vado scitis: z viã scitis. Dicit ei thomas. Domine nescimus quo vadis: z quomodo possumus viã scire? Dicit ei ihesus. Ego sum via: et veritas et vita. Nemo venit ad patrem: nisi per

me. Si cognouissetis me: & patrem meū vtiq; cognouissetis Et amodo cognoscetis eū: et vidistis eū. Dicit ei philippus Dñe ostende nobis patrem: & sufficit nobis. Dicit ei ihesus. Tanto tēpore vobiscū sum: & nō cognouistis me: Philippe qui videt me: videt & patrem. Quomō tu dicis: ostende nob patrem: Non credis quia ego in pre: & pater i me est: Verba q̄ ego loquor vobis a meipso non loquor: pater autez in me manens: ipse facit opera. Non creditis: quia ego in patre & pr̄ in me est: Alioqn: ꝓpter opa ipsa credite. Amen amen dico vobis: qui credit in me: opera q̄ ego facio & ipse faciet: et maiora horum faciet: quia ego ad patrem vado: & quodcūq; petieritis patrez in nomine meo hoc faciaz. **Offer.** Confitebunt celi mirabilia tua dñe: et veritatem tuam in ecclesia sanctorum alla alla. **Secr.** Munera dñe que pro apostolorum tuorum philippi & iacobi solēnitate deferimus: propicius respice: & mala oīa q̄ iuste meremur auerte. Per. **Prefatio de apostolis. Cōmu** Tanto tempore vobiscū sum & non cognouistis me: philippe qui videt me videt & patrem alleluia alleluia. **Compl.** Quesumus domine salutarib⁹ repleti misterijs: vt quor solēnia celebramus: eor orationibus adiuuemur. Per **In festo scti sigismundi regis et martyris Introitus.** Prote/xisti me deus. **Oratio.** Deus qui beatū sigismundum regem vtroq; dyademate cū desiderata corona martyrij honorare dignat⁹ es et eius reliquias ex profundo gurgite ad celebrandum fidelibus reuelasti: tribue q̄sumus: vt qui eius merita in terra veneramur: ipsius intercessionibus ab omnibus semper muniamur aduersis. Per dominū **Lectio.** Justum deduxit dñs. Alleluia. ℣. Qui p̄ christo fundis vitaz: funde preces pro imundis vte mundo sigismūdo in hoc tam immundo mundo tibi p̄ces corde mundo demus & ore letabūdo. Alleluia. ℣. Surrexit pastor. **Post ascensionem.** Alleluia. ℣. Ascendit deus iubilatione. **Sequentia.** Clarus dies & decorus nobis fulsit psallat chorus natali cōcordia. Psallant omnes letabundi ad beati sigismundi festiua solēnia. Qui secutus christi ducem nouum nou⁹ miles crucez suis figit humeris Paupertatis intrat scolam & regalē ponit stolā spe diuini munerz. Rex ad bonū animatus vt sit regum regi gratus thebas martyribus. Offert pio voto mentis regnum suum & nō gentis victū parat fratribus. Cum vir bonus cedit malis super montez vere salis struit domiciliuz. Spernit mundū sitit deum tandem deus vocat eū ad se p̄ martyriuz. Morti datur sed post mortē sanctus in sanctorum sortem transit agenensium. Quibus viu⁹ deseruiuit cum his & post mortē viuit in terra viuentium

In qua sanctis adequatur: & beat⁹ coronatur martyr cum martyribus. Nec indigne quia datur: vt p xp̃o patiat̃ perfidis tortoribus. Ob qđ donis illustratur: mira quib⁹ operat̃ virtute deifica. Nam qui mundus hunc precat̃: votis suis non frustrat̃ per ipsi⁹ merita. Sigismunde martyr dei: ora deum vt nos rei mereamur veniam. Nos imundos mũdi fece: duc demundatos tua prece ad celestem patriam amen. Euangel. Ego sum vitis vera. Offerto. Confitebuntur celi. Secr. Concede qñs rex eterne: vt huius sacrificij mun⁹ interuentu scti sigismũdi regis & martyris tui fragilitatem nostram ab omni aduersitate semper protegat & muniat. Per. Cõ. Letabit̃ iust⁹. Compl. Purificent nos qñs rex eterne tua percepta sacramenta: & intercessione beati sigismundi regis & martyris tui expiatos: ab oñi malo tibi nos reddant acceptos. Per dñm.

In inuentiõe scte crucis Intr̃

Nos autez gloriari oportet in cruce dñi nostri ihesu christi: i quo est salus vita et resurrectio nr̃a: per quem saluati & liberati sum⁹ alla ps. Deus misereatur nostri & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos & misereatur nostri. Oro

Deus qui in preclara salutifere crucis inuentione passiõis tue miracula suscitasti concede quesumus: vt vitalis ligni precio eterne vite suffragia consequamur. Per dñm.

Alia pro scts alexãdro euẽcio theodolo & iuuenali Oratio.

Presta qsumus oipotens de⁹: vt qui sanctor̃ martyrum alexandri euencij theodoli atq; iuuenalis natalicia colimus: a cunctis malis iminentibus: eorum intercessionibus liberemur. Per dñm nostrum.

Ad galathas. v. capitulo.

Fratres: confido de vobis in dño ihesu: q̃ nihil aliud sapiatis. Qui aũt turbat vos: portabit iudiciũ: quicũq; est ille. Ego autẽ fratres si circũcisionem adhuc predico: qđ adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatum est scandalũ crucis: vt et abscindantur qui vos conturbant. Quicũq; volunt placere in carne: hi cogũt vos circũcidi tantuz: vt crucis xpi persecutionẽ non patiant̃. Neq; enim qui circũciduntur legem custodiunt: sed volunt vos circũcidi vt in carne vr̃a glorientur. Mihi autem absit gloriari: nisi i cruce dñi nostri ihesu christi. Per quem mihi mundus crucifixus est: et ego mundo. Alla. ℣. Dulce lignum dulces clauos dulcia ferẽs pondera que sola fuisti digna sustinere regez celorum & hominũ. Alleluia. ℣. Xp̃s resurgens. Post ascensionem. Alleluia. ℣. Ascendit deus in iubilatione. Vel. Alleluia. ℣. Ascendo ad patrem meum.

Sequentia.

Salue crux sancta arbor digna cuius robur precios̃um mũdi fert talentũ: vt hostis per lignum victor ligni reuinceret̃. O uiq; exort⁹

mortis primis terrigenis paradiso propulsis. Causa etiã vite fozet cũctis xpi mortis vere viuificã dis hoz rificũ tue signũ semp inimicis crux sacra seuis. Quam moz pauet infernusqz timet que xpo suo reconsignet. Cui laus sit in euũ. Amen.

Scom Johannem. ij.

In illo tpe. Erat homo ex phariseis nicodemus nomine princeps iudeoruz. Hic venit ad iheluz nocte: t dixit ei. Rabbi: scim9 quia a deo venisti magister. Nemo eñ põt hec signa facere q̃ tu facis: nisi fuerit de9 cuz eo. Respõdit iheſus t dixit ei. Amen amẽ dico tibi: nisi qs renatus fuerit denuo: non põt videre regnũ dei. Dicit ad euz nicodem9. Quomodo potest homo renasci cũ sit senex? Nũ quid põt in ventrẽ matris sue iterato introire t renasci. Respondit iheſus. Amen amẽ dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua t spiritusancto: nõ põt introire in regnũ dei. Qd natũ est ex carne caro est: t quod natum est ex spũ: spũs est. Non mireris: quia dixi tibi oportet vos nasci denuo. Spirit9 vbi vult spirat: t vocez eius audis sz nõ scis vnde veniat aut quo vadat Sic est oĩs qui natus est ex spiritu. Respõdit nicodem9 t dixit ei. Quomodo possunt hec fieri? Rñdit iheſus t dixit ei. Tu es magister in isrl: t hec ignoras. Amen amen dico tibi quia quod scimus loquimur: t quod vidim9 testamur: t testimoniũ nostrũ nõ accipitis. Si terrena dixi vobis t nõ creditz quomodo si dixero vobis celestia credetis. Et nemo ascendit in celũ: nisi qui descẽdit de celo: filius hominis qui est i celo Et sicut moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filiuz hominis: vt ois qui credit in ipso non pereat: sed habeat vitã eternã. Credo dicit. **Offertz.** Protege dñe plebem tuã per signuz sancte crucis ab omnibus insidijs inimicoz omniuz vt tibi gratam exhibeam9 seruitutez t acceptabile tibi fiat sacrificium nostrũ alla. **Secreta.** Hec oblatio dñe ab omnib9 nos purget offensis: que in ara crucis ĩmolata etiã totius mũdi tulit offensã. Per. **De sanctis Secreta.** Super has quesum9 dñe hostias benedictio copiosa descẽdat: que t sanctificationem nobis cleméter opereť: t de martyrũ nos solẽnitate letificet. p. **Prefatio.** Qui salutem. **Cõmu.** Nos autẽ gloriari oportet in cruce dñi nostri iheſu xpi alla. **Complẽ.** Refecti cibo potuqz celesti qs omnipotẽs deus: vt ab hostiũ defendas formidine quos redemisti precioso sanguine filij tui dñi nostri iheſu xpi. Qui te. Refecti **De sanctis Compl.** participatione celesti muneris sacri q̃sum9 dñe de9 noster: vt cuius exequimur cultũ: sentiamus effectũ. Per. **Eodem die** fiat missa sanctoruz Alexandri Euentij Theodoli atqz Junc-

nalis Introit⁹ Clamauerũt iusti Lectio. Sancti per fidẽ. All'a. Preciosa in conspectu. All'a. Surrexit pastor. post ascẽsionẽ. All'a. Ascẽdit deus in iubilatione. Euãgeliũ. Ego sum vitis. Offertꝫ. Repleti sumus. Cõmu. Justor aie Alia vt supra. In festo sancti floriani martyris Introitus.

Protexisti me. Oratio.

Deus qui nos annua beati floriani martyris tui glorioſe passionis solẽnitate letificas solita pietatis largitate concede benignus: vt cui⁹ famosum victorie triũphum pio amore veneramur in terris: societatꝫ eius leticiã adipisci te largiente mereamur i celis. ℘er. Lectõ Justum deduxit. All'a. Beat⁹ vir secundũ de resurrectione All'a Surrexit pastor. post ascensionẽ Ascendit de⁹ in iubilatione. vel aliud. Ascendo ad patrẽ. Euãgeliũ. Ego sum vitis vera. Offertꝫ. Confitebunt celi. Secre. Hanc in cõspectu glorioſe magnitudinis tue hostiaꝫ quesum⁹ dñe pater omnipotens beati floriani martyris tui digna cõmẽdet oratio: qui sancte bonitatis tue devictus amore ꝓpriã sui corporis hostiã in odorẽ suauitatꝫ tibi obtulit viuam. ℘er. Cõm Letabit iustus. Compleñ. Sancta nos quesum⁹ dñe sacramẽti celestis participatio ⁊ ab hostis callidi tueat incursu: ⁊ sancto intercedente floriano aiaꝫ nobis remedia cõferat sempiterna. ℘er. In festo iohannis ante portã latinam Introitus

Protexisti me. Oratio

Deus qui cõspicis qꝫ nos vndiqꝫ mala nostra perturbãt ꝑsta quesum⁹ vt beati iohãnis apli tui ⁊ euãgeliste intercessio glorioſa nos ꝓtegat. ℘er. Lectio. Qui timet deuꝫ. Require in die circa natiuitatẽ dñi. All'a. Beat⁹ vir qui ti. secũdũ de resurrectione. All'a. Surrexit pastor bonus. post ascensionẽ. All'a. Ascẽdit de⁹ in iubilatõe. vel. All'a. Ascẽdo ad patrẽ. Sequentia.

Verbũ dei deo natũ quod nec factũ nec creatũ venit de celestibus hoc vidit hoc attrectauit hoc de celo reserauit iohãnes hominib⁹ Inter illos primitiuos veros veri fontis riuos iohãnes exilijt. Toti mũdo ꝓpinare nectar illud salutare qđ de throno prodijt. Celũ transit veri rotam solis ibi vidit totam mẽtis figens aciem. Speculator spiritalis quasi seraphin sub alis dei videt facie. Audit in gyro sedis quid psallant cum cytharedis quater seniꝑceres. De sigillo trinitatis nostre nũmo ciuitatis impressit caracteres Iste custos virginis archanum originis diuinũ misteriũ scribens euãgeliũ mundo designauit. Celi cui sacrariũ xps suũ liliuꝫ filio tonitrui sub amoris mutui celo cõmendauit Haurit virus hic letale vbi corpus virginale virtus seruat fidei. Pena stupet quod in pena sit iohãnes sine pena bullientis olei. Hic naturis imperat vt ⁊ saxa trãsferat in decus gẽmarum. Quo iubente riguit aurũ fuluũ induit virgula siluarum

Obstruit q; hebeon ⁊ cherinthus ⁊ marcion perfide latrauit. Volat auis sine meta qđ nec vates nec ꝓ pheta euolauit altius Tam implenda q̄; impleta nūq; vidit tot secreta pur⁹ homo puri⁹. Spōsus rubra veste tectus visus sed non intellectus redit ad pallacium Aquilā ezechielis spōse misitq; de celis referre misteriū. Dic dilecte de dilecto qualis hic sit ex dilecto sponsus sponse nuncia. Dic quis cib⁹ angelorū que sūt festa supnor de spōsi p̄sentia. Veri panis intellect⁹ cenā xp̄i supra pectus sumptā nobis refera. Vt cantemus de patrono corā agno coram throno laudes sup ethera. Euāgeliū. Dixit ihesus petro sequere me. Require supra in festo sancti iohānis circa natiuitatē dñi Offertz. Cōfitebunt ce. Secre. Muneribus nostris q̄sum⁹ dñe p̄cibusq; susceptis: ⁊ celestibus nos mūda misterijs: ⁊ clementer exaudi. Per. Prefatio de aplis vel de pasca. Cōmu. Leta bit iustus Cōpleñ. Refecti dñe pane celesti intercedēte btō iohanne apl'o tuo ⁊ euāgelista q̄sum⁹: vt ad vitam nutriamur eternā. Per. In festo apparitionis sancti michaelis archangeli fit totū officiū sicut in festiuitate eius: excepto q; Grad. p̄mittit ⁊ duo Alla dicunt p̄mū de festo: secūdū de resurrectione Et hoc si contigerit celebrari post festū ascensionis tūc p̄ secūdo dicat Alla. Ascendit de⁹ in iubilatione vel Alla. Ascēdo ad patrē. In festo sancto⁹ gordiani ni ⁊ epimachi martyrū Introitus Sancti tui dñe. Oratio.

Quesum⁹ ops de⁹: vt qui beator martyrū tuorum gordiani ⁊ epimachi solénia colimus: eor apud te intercessionib⁹ adiuuemur. Per Lectio Rememoramini p̄risti. Alleluia Gaudete iusti. secundū de resurrectione. Alla. Surrexit pastor. Si aūt hoc festū cōtingat celebrari post ascensionē dñi tunc p̄ secundo Alla. dicat de ascensione vt supra signatū est. Euāgeliū. Ego sum vitis vera. Si vero dictū festū post festum trinitatis celebrari contigerit fiat vt infra. Finita epla loco Alleluia legat Grad. Justor anime Alla. Gaudete iusti. Euangelium de cōmuni plurimor martyrū Offertz. Mirabilis de⁹. Secre. Hostias tibi dñe beator martyr tuor gordiani ⁊ epimachi dicatas meritis benignus assume: ⁊ ad ꝓpetuū nobis tribue ꝓuenire subsidiū. Per. Cōm. Gaudete iusti. Compl. Quesumus omnipotēs deus: vt qui celestia alimenta p̄cepim⁹: intercedētib⁹ sanctis martyribus tuis gordiano ⁊ epimacho per hec contra oia aduersa muniamur. Per. In festo scti Nerei Achillei Introit⁹ Ecce oculi dñi Semp nos dñe Oratio martyrū tuorum nerei ⁊ achillei foueat q̄s btā solénitas ⁊ tuo dignos reddat obsequio Per. Lectio. Justi aūt imppetuū. Alla. Preciosa in ꝓspe. aliud

de resurrectiõe. Surrexit pastor. Si post ascensionẽ venerit dicat̃ p secũdo Alla de ascẽsione vt supra. Euãgeliũ. Ego sum vitis. Si vero p̃dictũ festũ contigerit celebrari post festũ trinitatis loco p̃mi Alla dicat̃ Grad. Clamauerũt iusti. Alla. Preciosa i conspectu. Euãgeliũ de martyribus. Offertz. Confitebunt celi. Sanctorũ tuorũ nerei Secre. z achilei tibi grata confessio: z munera nostra cõmẽdet: z tuã nobis indulgentiã semper obtineat. p̃er. Cõmu. Justorum aie Quesum9 dñe vt beatorũ martyrũ tuorũ nerei z achillei dep̃cationib9 sacramẽta sancta que sumpsim9 ad tue nobis p̃ficiãt placationis augmentũ p̃er. Eodem die fit de sancto pangratio vt de vno martyre Resta q̃s ops de9 Oro. Vt qui bti pangratij martyris tui natalicia colim9: a cunctis malis iminẽtibus: eius intercessionib9 liberemur. p̃er. Munera q̃s dñe tibi Secre. dicata sanctifica: z interceden te beato pãgratio martyre tuo per eadẽ nos placatus intẽde. p̃er. Complẽ. Beati pangratij martyris tui dñe intercessione placatus: presta quesumus vt que tp̃ali celebram9 actione ꝑpetua saluatione capiamus. p̃er. Potẽtiane virginis fiat vt de virginibus per totũ. De sancta helena fiat vt i cõi de vi Duis p totum. Oratio Deus qui omnes sanctos z electos tuos p̃ suis meritis honorare disponis: p̃sta q̃s: vt sancte helene regine cui9 religionẽ z studiũ in sancte crucis manifestatiõe veneramur apũd tuã misericordiã meritis z precibus adiuuemur. p̃er. Secr. Munera ppli tui dñe placabilis dextera suscipiat: z sãcte helene regine suffragãtibus meritis: deuotioni nostre p̃ficiãt z saluti. p̃er. Cõplẽ. Refecti corp̃is sacri p̃cioso3 sanguinis libamine quesum9 ops de9: vt intercessionib9 scte helene regine cuius festiue gratulamur officio: cũctis malorũ nostrorũ sordib9 exuamur. p̃er. De sancto vrbano si cõtingat celebrari ante trinitatis Introit9 Psalm Da q̃s teristi me. Oratio. Ops de9: vt qui sancti vrbani martyris tui atq̃ põtificis solẽnia colim9: eius apud te intercessionib9 adiuuemur. p̃er Lectio. Plures facti. Alla. Jurauit dñs. secũdũ Alla de resurrectione aut ascẽsiõe vel Grad. Si post penth. contigerit celebrari Euangeliũ. Ego sum vitis. vel. Homo quidã peregre Offertz. Veritas mea. Secreta Hec hostia q̃sum9 dñe clemẽter expurget nr̃a delicta z ad sacrificiũ celebrãdũ subditorũ tibi corpora mẽtesq̃ sanctificet p̃er. Cõm. Fidelis seru9. Cõpl. Refecti participatione muneris sacri quesum9 dñe deus noster: vt cui9 exeqmur cultũ: sentiam9 effectũ. per. Si aũt hoc

festū euenerit post penth̄. tunc dicat̄ hoc officium. Sacerdotes tui dñe p totū vt de sancto filue stro papa. In festo sctōz martyrū cancij canciani ⁊ cancianil le si venerit infra pasca ⁊ pēth̄. Introit⁹. Clamauerūt. Oratio. OOmnipotēs de⁹: q quāto nos infirmiozes esse pz uidisti: tāto sctōz tuoz cancij: canciani ⁊ cācianille copiosio ri munisti suffragio: da vt sub his defensozib⁹ ꝓstituti: nec ad damur vicijs nec deficiam⁹ ad uersis. Per. Lectio. Stabunt iusti. Alla. Preciosa in conspectu. secūdū de resurrectione. Alla. Surrexit pastoz. vel de ascēsiōe. Alla. Ascēdit de⁹ in iub. Euāgeliū Ego sum vitis vera ⁊ pr̄. Euangeliū. Ego sum vitis vera ⁊ vos palmites. Offertz. Repleti sum⁹ Suscipe hāc oblationē Secr̄. i hac hora mitissime de⁹ quā ti bi sup sanctā tuā mēsaz appositā offerre p̄sumim⁹: p quā etiā nobis oīb⁹ in tua misericozdia cōfidentib⁹ ⁊ p̄sequētis hostis insidias superare: ⁊ eternis gaudijs ineuitabiliter tribuas inhe rere. Per. Cōm. Justoz anime. Tribue nobis q̄s op̄s ⁊ Cōpl̄. misericoz⁹ de⁹ sctōz martyrū tuoz cācij ⁊ canciani ⁊ cācianil le intercessiōib⁹ ⁊ meritz vbiqz muniri: ⁊ taz eoz q̄z oim sctōz incessabiliter boni opis exem pla imitari. Per. Si vero p̄dictū festū fuerit post penth̄. can teť officiū infra scriptum. Justi epulent̄. Oro vt s. Epla de cōi plurimoz martyrū. Grad. Justoz aie. Alla. Letamini. Euangeliū de cōi plurimoz martyrū. Offertz. Letami in dño. Secre. Hec hostia q̄s dñe quā sctōz tuoz natalicia recensentes offerim⁹: ⁊ vincula nr̄e prauitatz absoluat ⁊ tue nobis miscōie dona cōciliet. per. Cōm. Justoz aie. Cōpl̄. Sacro munere saciati supplices te dñe dep̄camur: vt q̄ debite seruitutz celebram⁹ officio saluatiōis tue sentiam⁹ augmēto. Per. In festo erasmi ep̄i ⁊ martyrz Introit⁹ Letabit̄ iust⁹. ODeus q beatū eras- Oro mū martyrē tuū atq; pōtificē a tormētis ereptū angelico pane saciasti: tribue nobis q̄ sum⁹ vt ei⁹ meritis ⁊ p̄cib⁹ ab hostib⁹ aie ⁊ corp̄is triūphare valeam⁹: ⁊ eterna dulcedine p̄ frui mereamur. Per. Epla de cōi martyrū. Grad. Dñe p̄uenisti. Alla. Ō lucerna martyz sctē erasme qui de celo vocatus gaudēs reddidisti sp̄m p̄ nobis roga ipsum dñm. Seq̄ntia legat̄ ad placitū

LAudes xpo soluat letas ois
sex9 necnō etas laus sit oris
hostia. Oum erasmus pater bonus
pius pauperū patronus trāsit ad ce
lestia. Hic pſul anthiocenus gratia
diuina plen9 pietatis speculū. Pa
stor gregis xpi fid9 doctor legis ve
lut sidus illustrauit seculū. Prudēs
castus t pudicus dei seruus t ami
cus gratus erat moribus. In deser
tū turbas fugit ibi mel de petra su
git caput ornans floribꝰ. Inter celi
volat aues cantus modulās suaues
spū dulcedine Inter lilia seu rosas
paradisi speciosas florens solitudi
ne. Quorum pascit helyas sanct9 pu
er hieremias ad docendū mittitur.
Hic pascit et euocat preco regis vt
loquat verbū qđ cōmittit. Euo
catus vir apparet forti pugna mul
tis claret signis t virtutibus. Tor
torq3 diocletianus succedit maximi
anus seuis cruciatibus. Quorū ra
bies cassatur dum nec sentit nec mu
tatur bis ereptus vinculis. Multi
credunt baptizant multi passi coro
nant visis tot miraculis. Tandem
de celo vocatus glorioſe coronatus
celo reddit spiritū. Inde supplices
precamur vt saluari mereamur per
erasmi meritū. Euāgeliū. Si quis
vult. Offert. Posuisti dñe. Se
cre. Accepta sit i cōspectu tuo
quesumus dñe nostre humili
tatis oblatio: t scti erasmi mar
tyris tui atq3 pōtificis intercessi
one fiat salutaris: p cui9 solē
nitate defert. Per. Com. Ma
gna est. Cōplen. Supplices te
rogam9 omnipotens deus vt
intercedēte btō erasmo marty
re tuo atq3 pōtifice in cui9 solē
nitate hec celestia sumpsimus
sacramēta: tua nobis dona mul
tiplices semp: t vitā nr̄az ab oi
aduersitate custodias. p. In fe
sto quirini martyris Introit9
Letabit iustus. Oratio.
Oncede qs ops de9: vt
beati quirini martyris tui atq3
pōtificis frequentata solēnitas
ad ꝓpetuā ppīo tuo ꝓficiat sa
lutē: t quē sepi9 veneramur in
terris sp mereamur habere pa
tronū i celis. p. Grad. Posuisti
dñe. Alla. Beatus vir. Offerto.
Gloria t honore. Secre. Hosti
as dñe tuis altarib9 adhibem9
qs ei9 patrocinio tibi credim9
cōmendādas: cui9 nos voluisti
votis ad tue pietatis ꝓuenire
noticiā. Per. Cōmu. Qui vult.
Beati quirini martyris Cōpl.
tui atq3 pōtificis dñe ꝓcib9 cō
fidētes qs imēsaz clemētiā tuā
vt ꝓ ea que sumpsim9: eterna
remedia capiamus. Per. No
tandū q9 si festū scti quirini cō
tingeret celebrandū infra ascē
sionez dñi t penth. ad missam
oia dicunt sicut de vno marty
re infra pasca t penth. vt supra
In festo sanctoꝝ primi t felici
ani martyrū Introit9. Sapien
Tac nos tia sanctoꝝ. Oro
qsum9 dñe sanctoꝝ mar
tyrū tuoꝝ primi t feliciani sem
per festa sectari: quorūz suffra
gijs ꝓtectiōis tue dona sentia
mus. Per. Lectio. Bñdict9 de
us t pater. Grad. Justoꝝ anime
Si aūt hoc festū contigerit ce

lebrari infra festū ascēsionis ⁊ penth̄.fiat vt ā.Euāgeliū. Videte ne quis vos. Offer. Mirabilis de⁹. Secr. Sacrificiū dñe p sanctis martyrib⁹ tuis p̄mo ⁊ feliciano ꝓponit nr̄a deuotio ⁊ eox merito nobis augeat̄ te donāte suffragiū. p. Cōmu. Ego vos elegi. Cōpl. Sumpti sacramēti dñe ppetua nos tuitio nō derelinquat:⁊ intercedēte tibus sanctis tuis p̄mo ⁊ feliciano noxia semp a nobis cuncta depellat. Per. In festo sancti barnabe apli Introit⁹. Os

Oncede qs iusti. Oro ops deus bti apli tui barnabe solēnitatē honore ꝓgruo celebrare:⁊ digna suscipere deuotione.p. Lectio actuū apl̄o/

In dieb⁹ illis.Cū in/ rū.xj. tr oissent discipuli anthiochiā:loquebant̄ ad grecos annūciātes dñm ihesum. Peruenit aūt sermo ad aures eccl̄e q̄ erat irl̄imis:⁊ miserūt barnabā vsq; ad anthiochiā. Qui cux p̄ uenisset ⁊ vidisset grām dei gauisus est:⁊ hortabat̄ oēs in proposito cordis p̄manere i dño: quia erat vir bon⁹ ⁊ plen⁹ spū/ sctō ⁊ fide. Et apposita est turba multa dño. Profect⁹ est aūt tharsum vt q̄reret saulū. Quez cū iuenisset p̄duxit anthiochiā ⁊ annū totū cōuersati sunt ibi i ecclia:⁊ docuerūt turbam multā:ita vt cognominarent̄ p̄mū anthiochie discipuli christiani. Grad. Beat⁹ vir qui timet. Alla. Jā non estis hospites. Euāgeliū. Hoc est p̄ceptū. Credo dicitur Offert. Gloria ⁊ honore. Secr. Pītia munera q̄s dñe ita serena pietate intuere: vt sctīspūs p̄fundant̄ bñdictione: ⁊ in cordib⁹ nr̄is eā dilectionē validaz infundāt:p quā sanctus barnabas apl̄s oīa mūdi oblectamēta deuicit. Per dñm eiusdem. Prefatio de apl̄is. Cōm. Magna est gloria. Cōpl. Beati barnabe apl̄i tui q̄s nos dñe festa tueant̄:⁊ eius tue maiestati cōmendet oratio venerāda.per. Cū hoc festū venerit infra pasca ⁊ pēth̄.fiat vt supra de vno martyre. Excepta oīone ⁊ epistola. In festo anthonij ꝓfessoris ordinis minox Introitus.

Os iusti meditabit̄. Oro ccl̄esiā tuā de⁹ bti anthonij cōfessoris tui solēnitas votiua letificet: vt spiritalib⁹ semp nutriat̄ auxilijs:⁊ gaudijs perfrui mereat̄ eternis.p. Grad. Dñe p̄uenisti. Alla. ℣. Vir anthoni sapiēs frācisci patris gloria mūdi pompam despiciēs p̄ pauptate xp̄i fac nos vitare noxia ⁊ tendere supnis quo tu iaz p̄uenisti. Sequētia de cōi ꝓfessox. Offert. Veritas mea. Secre. Presens oblatio fiat q̄s dñe populo tuo salutaris p̄ quo dignat⁹ es patri tuo te hostiā īmolare viuētē. Qui cum patre. Cōmu. Dñe quinqz. Diuinis dñe muneri Cōpleū. bus saciati q̄sumus: vt beati anthonij ꝓfessoris tui meritis gloriosis salutaris victime deside ratū sentiam⁹ effectum. Per.

In festo sancti pthi martyris Introitus. In virtute tua. Ōro
OA nobis quesumus dñe beati martyris tui prothi passione gloriari: vt eiꝰ patrocinijs cōfidamꝰ: ⁊ fidē cōgrua deuotione sectemur. p. Grad Gloria ⁊ honore. Alla. Letabit iustus. Sequētia de cōi vniꝰ martyris. Offerto. In virtute tua.
Presta qs dñe: vt beati martyrꝫ tui prothi suffragijs in nobis tua munera tuearis. p cuiꝰ veneranda cōfessione hostias tibi laudis offerimꝰ. Per Cōmu Posuisti dñe. Compleñ
Presta qs dñe vt sacramēti tui participatione vegetati sancti quoq; martyris tui prothi pcibus adiuuemur Per. Viti modesti ⁊ crescentie martyrū. Introitus. Clamauerūt. Oratio
OMartyrū tuoꝝ viti modesti ⁊ crescentie nos tibi q sumꝰ dñe intercessio gloriosa cōmendet: vt qđ nostris actibus nō meremur eoꝝ pcibꝰ cō sequamur. p. Lectio. Lingua sapiētiū. Grad. Gloriosus deus Alla. Vox exultatiōis. Sequētia de martyribꝰ. Euāgeliū. Cum audieritꝫ. Offertꝫ. Mirabilis deus. Secr. Hec munera qsumꝰ opꝰ deꝰ p tui nois inuocatiōeꝫ sanctifica: ⁊ p sanctoꝝ martyꝝ tuoꝝ viti modesti ⁊ crescentie intercessionē nos a peccatorū nostroꝝ maculis emūda: vt tuis digni cōspectibꝰ semp existere mereamur. p. Cōm. Justoꝝ aie. Cōpl. Sit nobis dñe libatio sacramēti tui certa saluatio: que cū beatoꝝ martyrū tuorū viti modesti ⁊ crescētie meritis imploraꝫ. p. In festo sanctarū virginū ⁊ martyrū cirie ⁊ musce Introitus. Salus aūt. Ōro
OEus qui nos in tantis periculis ꝓstitutos p humana scis fragilitate nō posse subsistere: da nobis p merita sctārū virginū ac martyrū tuarū cirie ⁊ musce salutē mentis ⁊ corporis: vt ea que p peccatis nostris patimur: te adiuuāte vincam. p. Epla de martyribus. Grad Glorioſus deus. Alla. Te martyrū candidatus. Sequentia de martyribus. Euāgelium de martyribꝰ. Offerto. Mirabilis deus. Secre. Concede quesumus opꝰ deus: vt huius sacrificij munus oblatū: fragilitatem nostraꝫ ab omni malo purget semper ⁊ muniat. per. Cōmu. Justoꝝ aie. Cōpl. Munera tua nos deꝰ supplicatione sanctarum virginū ac martirū tuarū cirie ⁊ musce a delectationibus terrenis expediant: ⁊ celestibꝰ semper instruant alimentis. p. Marci ⁊ marcelliani martirum Introitus. Salus aūt. Oratio.
PResta qsumꝰ opꝰ deꝰ: vt q sanctoꝝ martirū tuoꝝ marci ⁊ marcelliāi natalicia colimꝰ: a cūctis malis iminētibꝰ: eoꝝ itercessiōibꝰ liberemur. p. Lectio. Sancti p fidē. Grad Alia nra. Alla. Te martyrū cādida.

Euāgeliū. Descēdēs ihēsus de mōte. Offert. Alia nostra. Secr. Munera q̄sumus dñe tibi dicata sanctifica: ⁊ intercedētib⁹ sanctis martyrib⁹ tuis marco ⁊ marcelliano: p eadē nos placatus intēde. Per. Cōmu. Amē dico vobis q̄ vni ex mi. Compl. Salutaris tui dñe repleti libamīe supplices exoram⁹ vt cui⁹ letamur gustu: renouemur effectu. Per: In festo Gerualij ⁊ prothasij martyrū Introit⁹ Loquetur dñs. Oratio.

DEus qui nos annua sanctoꝝ martyrū tuoꝝ gerualij ⁊ prothasij solēnitate letificas: cōcede ꝓpicius: vt quoꝝ gaudemus meritis accēdamur exemplis. per. Lectio Sancti p fidez. Grad Gloriosus deus. Alla. Corpora sanctoꝝ. Sequentia de martyrib⁹. Euāgelium. Videte ne quis. Offer. Letamini in dño. Secre. Oblatis q̄sumus dñe placare muneri⁹ ⁊ intercedētib⁹ sanctis martyrib⁹ tuis a cūctis nos defende periculis. Per. Cōm. Posuerūt moꝝ. Hec nos cōmunio Complē. dñe purget a crimine: ⁊ intercedentib⁹ sanctis martyrib⁹ tuis celestis remedij faciat esse consortes. p. In festo achacij ⁊ sociorū ei⁹ Introit⁹. Justi epulent

DEus infinite misericordie ⁊ maiestat̄ immense qui beatū achacium cuz decem milibus contubernalibus suis crucis patibulū subire fecisti: tribue quesumus: vt ei⁹ sacris petitionibus fructuz crucis in nobis cōsequi valeam⁹. Per. Epistola de martyribus. Grad. Gloriosus deus in. Alla. Letamini in domino. Sequentia de cōmuni plurimoꝝ martyrū Offert. Mirabilis de⁹. Secreta

Oblatis quesum⁹ domine placare muneribus: ⁊ intercedentibus sanctis tuis achatio cum socijs suis: a cunctis nos defende periculis. Per dñm. Cōmu. Justorum anime. Compleñ. Auxiliatrix sit nobis virtus spirit⁹ sancti que sanctuz suū achaciū cum suis sodalib⁹ in crucis patibulo roborauit te christe suppliciter exoramus: vt quorum natalicia colimus: eodem spiritu adiuuante: eterna beatitudine consolemur. Per eiusdem.

In vigilia natiuitatis sancti iohannis baptiste Introitus.

NE timeas zacharia exaudita est oratio tua ⁊ elisabeth uxor tua pariet tibi filiuz ⁊ vocabis nomen eius iohānes hic erit magnus coram domino ⁊ spiritusancto replebitur adhuc ex vtero matris sue et multi in natiuitate eius gaudebunt ps. Domine in virtute tua letabit rex ⁊ super salutare tuum exultabit vehementer. Oratio.

PResta quesumus omnipotens deus: vt familia tua per viam salutis incedat: ⁊ beati iohānis precursoris hortamēta sectando ad eū quē predixit secura pueniat. Per dñm

Lectio hieremie prophete. j.

IN diebus illis. Factuz est verbum domini ad me dicens. Priusq̃ te formarem in vtero noui te: z antequam exires de vulua sanctificaui te: et pphetam in gentibus dedi te. Et dixi. A.a.a. domine deus: ecce nescio loqui: q2 puer ego sum. Et dixit dñs ad me. Noli dicere: quia puer ego sum: qñ ad oia que mittã te ibis: et vniuersa que mandauero tibi loq̃ris. Ne timeas a facie eo2 quia ego tecum sum: vt eruã te dicit dñs. Et misit dñs manũ suam: z tetigit os meum. Et dixit dñs ad me. Ecce dedi verba mea in o2e tuo: ecce ꝓstitui te hodie super gentes z regna: vt euellas z destruas z dissperdas: z edifices z plantes: dicit dñs ops.

Grad. Fuit homo missus a deo cui nomen iohannes erat hic venit ℣. Vt testimoniũ phiberet de lumine z pararet dño plebez pfectã. In iciũ scti euãgelij scom Lucaz. j.

FUit in dieb9 herodis regis iudee sacerdos qdaz noie zacharias de vice abia: et vxor illi de filiabus aaron z nomen eius elizabeth. Erant autẽ ambo iusti ante deũ: incedẽtes in oibus mãdatis z iustificationibus dñi: sine querela. Et nõ erat illis filius: eo q̃ esset elisabeth sterilis: z ambo ꝓcessissẽt in diebus suis. Factũ est aũt cũ sacerdotio fungeret zacharias in ordine vicis sue ante deum scom consuetudinẽ sacerdotij sorte exijt vt incensuz poneret ingressus i templũ dñi. Et ois multitudo populi erat o2ãs foris hora incẽsi. Apparuit aũt illi angelus dñi: stans a dextris altaris incensi. Et zacharias videns turbat9 est: z timo2 irruit sup eũ. Dixit aũt ad illũ angelus Ne timeas zacharia qñ exaudita est deprecatõ tua: z vxor tua elizabeth pariet tibi filiuz: z vocabis nomen eius iohannes. Et erit gaudiuz tibi z exultatio z multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram dño: z vinum z sycerã nõ bibet: z spiritu sancto replebit: adhuc ex vtero matris sue: z multos filio2um israhel cõuertet ad dñm deum ipso2. Et ipe precedet ante illum in spiritu z virtute helye: vt cõuertat co2da patrum in filios: z incredulos ad prudentiã iusto2um parare dño plebem perfectam.

Offert. Gloria z honore.

Secr Munera dñe oblata sanctifica z intercedente beato iohanne baptista nos per hec a peccatorum nostro2um maculis emũda. Per. Cõmu. Magna est gloria. Complenda. Beati iohannis baptiste nos domnie preclara comitet o2atio: z quẽ venturũ esse predixit: poscat nobis fauere placatum. Dñm nostrũ ihesum.

In die sancto ad prio2em missam Introitus. Justus vt palma.

Oratio.

COncede q̃s ops de9: vt qui btĩ iohannis baptiste

ſolēnia colimus: eiꝰ apud te in terceſſionibꝰ adiuuemur. ℘er dñm noſtrum. Lectio. De/ moria iuſti. Require in decol/ latione ipſiꝰ Grad. Juſtꝰ vt pal. Alla ℣. Ipſe p̄cedet ante illū i ſpi ritu ⁊ virtute helye parare dño ple/ bem p̄fectā. Scōm Lucam. j.

In illo tp̄e. Rñdēs zacharias dixit ad angelū. Unde hoc ſciā. Ego eī ſum ſenex: et vxor mea p̄ceſſit in diebꝰ ſuis Et rñdens angelꝰ dixit ei. Ego ſum angelꝰ gabriel qui aſto añ deū: ⁊ miſſus ſum loqui ad te ⁊ hec tibi euangelizare. Et ecce eris tacēs ⁊ nō poterꝭ loq vſqꝫ in diē quo hec fiāt p̄ eo q̄ non credidiſti verbis meis que im/ plebunt̄ i tp̄e ſuo Et erat plebs expectans zachariam: ⁊ mira/ bant̄ q̄ ipe tardaret in templo Egreſſus aūt nō poterat loqui ad illos. Et cognouerūt q̄ viſi onē vidiſſet i tēplo. Et ipe erat innuēs eis: ⁊ p̄mānſit mutꝰ. Et factū eſt vt impleti ſunt dies of ficij eiꝰ: abijt i domū ſuā. ℘oſt hos aūt dies cōcepit elizabeth vxor eiꝰ ⁊ occultabat ſe mēſibꝰ quinqꝫ dicēs. Quia ſic fecit mi hi dñs in diebꝰ quibꝰ reſpexit auferre obp̄robriū meuꝫ inter hoies. Credo nō dr̄ nec ad miſ ſaꝫ maiorē niſi venerit i dñica Offertꝫ. In virtute tua dñe. Se cre. Munera dñe oblata ſc̄tifi/ ca: ⁊ intercedēte bt̄ō ioh̄āne ba ptiſta: nos p̄ hec a pct̄ōꝝ nr̄oꝝ maculis emūda. ℘er. Cōmu. ℘oſuiſti dñe. Cōpl. Preſta q̄s ops deꝰ: vt qui celeſtia alimēta p̄cepimꝰ: intercedēte bt̄ō ioh̄e baptiſta: p̄ hec cōtra oia aduer/ ſa muniamur. ℘er In die ſct̄ō ad publicā miſſam Introitus.

De ventre matris mee vocauit me dñs noīe meo ⁊ poſuit os meū vt gladiū acutū ſub tegumē to manꝰ ſue p̄texit me poſuit me qua ſi ſagittā electā. ℘s. Bonū eſt cōfite ri dño ⁊ pſallere nomini tuo altiſſi/ me. Gloria i excelſis deo. Oratio.

Deus qui p̄ñtez diē h̄ono/ rabilē nobis in bt̄i ioh̄an nis baptiſte natiuitate feciſti: da populis tuis ſpūaliū gratiā gaudioꝝ ⁊ omniū fideliū men tes dirige in viā ſalutis eterne ℘er. Lectio yſaie p̄he. xlix.

Hec dicit dominus deus. Audite inſule: ⁊ attendi/ te populi delōge. Dñs ab vte/ ro vocauit me: de ventre ma/ tris mee recordatus eſt nomi/ nis mei. Et poſuit os meū qua ſi gladium acutum: ſub vmbra manus ſue protexit me. Et po ſuit me quaſi ſagittam electam in pharetra ſua abſcondit me: ⁊ dixit mihi. Seruus meus es tu iſrahel quia i te glorificabor Et nūc hec dicit dominꝰ. Fo/ mans me ex vtero ſeruum ſibi Dedite in lucem gentium: vt ſis ſalus mea vſqꝫ ad extremuꝫ terre. Reges videbunt: ⁊ cōſur gent p̄ncipes: ⁊ adorabūt do minū deum tuū: ⁊ ſanctum iſrl̄ qui elegit te. Grad. Priuſquam te formarem in vtero noui te ⁊ ante quā exires de ventre ſanctificaui te

℣. Misit dñs manū suā ⁊ tetigit os meū ⁊ dixit mihi: Ecce dedi verba mea in ore tuo. Alla. ℣. Tu puer ꝓpheta altissimi vocaberis p ibis ante faciē dñi parare vias eius

Sancti baptiste Sequētia. Sancti xpi pconis. Solēnia celebrā tes moribus ipm sequamur. Ut ad viam quā p̄dixit asseclas suos ꝓducat Devoti te sanctissime hoim amice ihesu xpi flagitam⁹ vt gaudia pci piamus. Apparensq; zacharie gabriel repromisit qui tuā celebrarent obsequijs nitatem. Ut p hec festa eterna gaudia adipiscamur. Qua sancti dei sacris delicijs leti congaudent. Tu qui ꝓparas fidelīū corda Ne quid deuiū vel lubricū de⁹ in eis inueniat. Te deposcimus vt crimina nostra. Et facinora cōtinua p ce studeas absoluere. Placatus vt ipse suos semp inuisere fideles. Et māsionem in eis facere dignet. Et agni vellere quē tuo digito. Mōstraueras tollere crimia nos velit induere. Ut ipm mereamur angel⁹ associj. In alba veste seq ꝓ portā clarissimā. Amice xpi iohannes

Scōm Lucam. j. capl'o.

In illo tpe. elisabeth implet tum est tempus pariēdi ⁊ pepe rit filium. Et audierūt vicini et cognati eius: quia magnificauit dñs misericordiā suā cū illa ⁊ congratulabant ei. Et factuz est in die octauo venerūt circūcidere puerū: ⁊ vocabāt eū nomine patris sui zachariā. Et respondēs mater eius: dixit. Nequaquā: sed vocabit iohannes Et dixerūt ad illā. Quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Innuebāt autem patri eius quē vellet vocari eū Et postulās pugillarē: scripsit dicēs. Johānes est nomē eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertū est aūt illico os eius et lingua eius: ⁊ loquebat benedicens deū. Et fact⁹ est timor super oēs vicinos eor: ⁊ sup oia montana iudee: diuulgabant oia verba hec. Et posuerunt omnes qui audierant in corde suo dicentes. Quis putas puer iste erit? Eteniz man⁹ dñi erat cū illo. Et zacharias pater eius impletus est spūsancto: ⁊ prophetauit dicens. Benedictus dñs deus israhel: quia visitauit ⁊ fecit redemptionē plebis sue

Offertz. Justus vt palma florebit sicut cedrus que in libano est multiplicabitur.

Secre. Tua domine muneribus altaria cumulamus illius natiuitatē hodie debito celebrātes: q saluatorē mūdi ⁊ cecinit affuturū: ⁊ adesse mōstrauit. Dñm nrm.

Cōm. Tu puer ꝓpheta altissimi vocaberis pibis em añ faciē dñi parare vias ei⁹.

Cōpl

Sumat ecclia tua de⁹ bti iohānis baptiste generatiōe leticiā: p quē sue regenerationis cognouit auctorē. Dñm nrm.

Infra octauā nitatis bti iobis baptiste fit idez officiū qd̄ in die nisi dñicus dies seu duplex vel nouē lectionū occurrat. In festo sancto⁹ iohannis ⁊ pauli martyz Introit⁹ Multe tribu. Oro

Quesum⁹ ops de⁹ vt nos geminata leticia hodierne festiuitatis excipiat: que de beatorꝝ iohannis ⁊ pauli glorificatiõe ꝓcedit: quos eadẽ fides ⁊ passio vere fecit esse germanos. Per. Deide fit cõmemoratio de octaua bti iohãnis baptiste. Lectio libri sapie. Eccle. Hi sunt viri miscdie xliiij quorꝝ iusticie obliuionez nõ acceperũt: cũ semine eorꝝ ꝑmanẽt bona: hereditas sctã nepotes eorꝝ: ⁊ i testamẽtis stetit semẽ eorꝝ: ⁊ filij eorꝝ ꝓpter eos vsqꝫ ineternũ manẽt. Generatio eorꝝ ⁊ gloria eorꝝ nõ derelinquet. Corpa eorꝝ in pace sepulta sunt: ⁊ noia eorꝝ viuent in secula. Sapiẽtiã eorꝝ narrabunt oes populi: ⁊ laudẽ eorꝝ ꝓnunciat ois ecclia sanctorꝝ. Grad. Ecce quã bonuz. Alla. ℣. Hec est vera fraternitas que vicit mũdi crimina xpm secuta est inclita tenẽs regna celestia Sequentia de martyrib⁹ Euãgeliũ. Videte ne qs vos. Offer. Gloriabunt in te oes Hostias tibi dñe sctorꝝ Secre. tuorꝝ iohis ⁊ pauli dicatas meritis benign⁹ assume: ⁊ ad ꝑpetuã nobis tribue ꝓuenire subsidiũ. p. Cõmu. Et si corã. Cõpl. Sũptis⁹ dñe sctorꝝ martyruz tuorꝝ iohãnis ⁊ pauli solẽnia celebrãtes sacramẽta celestia: ꝑfaqs: vt qd tpaliter gerim⁹: eternis gaudijs ꝓsequmur. p. In vigilia aplorꝝ petri ⁊ pauli Intr. Dixit dñs petro cũ eẽs iunior cingebas te ⁊ ambulabas vbi volebas cum aũt senueris extendes manus tuas ⁊ ali⁹ te cinget ⁊ ducet te quo tu nõ vis hoc aũt dixit significans qua morte clarificaturus esset deũ. ps. Celi enarrant gloriã dei ⁊ opera manuũ ei⁹ annũciat firmamẽ

Resta qsu- tum. Oratio. Pmus ops deus: vt nullis nos ꝓmittas ꝓturbationib⁹ cõcuti quos in aplice cõfessionis petra solidasti. p. Lectio actuũ In diebus illis aplorꝝ. iij. Petrus ⁊ iohãnes ascẽdebãt in templũ ad horã orationis nonã. Et quidã vir q erat claudus ex vtero matris sue baiolabat quẽ ponebãt quottidie ad portã templi: que dicit speciosa: vt peteret elemosinã ab introeuntibus in templũ. Is cuz vidisset petrũ ⁊ iohãnẽ: incipientes introire in templũ: rogabat vt elemosynã accipet. Intuẽs aũt in eũ: petrus cũ iohãne dixit. Respice in nos. At ille intendebat in eos: sperans se aliqd accepturũ ab eis. Petrus aũt dixit. Argẽtũ ⁊ aurũ nõ est mihi: qd aũt habeo hoc tibi do In nomine ihu xpi nazareni: surge ⁊ ambula. Et apprehensa eius manu dextra: alleuauit eum. Et protinus consolidate sunt bases eius ⁊ plante: ⁊ exiliens stetit ⁊ ambulabat. Et intrauit cuz illis in templum: ambulans ⁊ exiliens ⁊ laudans deum. Et vidit euz omnis populus ambulantẽ ⁊ laudantẽ deuz Cognoscebãt aũt illũ: quoniã ipse erat qui ad elemosinam se

debat ad speciosam portã tem pli. Et repleti sunt omnes stu/ pore ꝛ extasi:in eo quod conti gerat illi. Sꝛad. In omnem terrã Scom Johannẽ cap. vltimo

IN illo tpe. Dixit ihesus pe tro. Symon iohannis di ligis me plꝰ his: Dicit ei. Etiã dñe:tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterũ. Symon iohãnis diligis me: Ait illi. Etiã dñe:tu scis qꝛ amo te. Dicit ei iterum. Pasce agnos meos. Dicit ei tercio. Symon iohannis amas me: Cõtristatus est petrus:quia di/ xit ei tercio amas me: ꝛ dicit ei. Dñe:tu omnia nosti:tu scis qꝛ amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amen amẽ dico tibi: cũ esses iunioꝛ cingebas te ꝛ am/ bulabas vbi volebas: cũ aũt se nueris extendes manus tuas: ꝛ alius te cinget: ꝛ ducet quo tu non vis. Hoc aũt dixit signifi/ cans qua morte clarificaturus esset deum. Offert. Mihi autez Munus populi tui Secreta. qsumꝰ dñe aplica intercessio/ ne sanctifica:noscꝫ a peccatoꝛ nostroꝛ maculis emũda. Per Prefatio quottidiana. Cõmu. Symon iohannis diligis me plus his:dñe tu omnia nosti:tu scis quia amo te. Complẽ. Quos celesti dñe alimento saciasti: apostoli/ cis intercessionibꝰ ab omni ad uersitate custodi. Per dñm.

In die sancto Introitus.

NUnc scio vere quia misit dñs angelum suũ ꝛ eripuit me de manu herodis ꝛ de omni expectatio ne plebis iudeoꝛ. ℘s. Dñe probasti me ꝛ cognouisti me tu cognouisti ses/ sionem meam. Oratio.

DEus qui hodiernã diem aploꝛ tuoꝛ petri ꝛ pauli mar/ tyrio cõsecrasti: da ecclesie tue eoꝛ in omnibꝰ sequi pceptum per quos religiõis sumpsit exordiũ. Per. Et nota qꝫ hac die ꝛ die sequẽti nulla fit cõmemoratio de sctõ iohanne baptista.

Lectio actuũ apostoloꝛ xij.

IN diebus illis. Misit herodes rex manus: vt afflige/ ret quosdã de ecclesia. Occidit aũt iacobũ fratrẽ iohannis gla dio. Videns aũt quia placeret iudeis:apposuit apprehẽdere ꝛ petrũ. Erant aũt dies azimo/ ruz. Quẽ cũ apprehẽdisset:mi/ sit in carcerẽ:tradẽsqꝫ quatuoꝛ quaternionibꝰ militũ ad custo diendũ: volẽs post pasca pro/ ducere euz populo. Et petrus quidẽ seruabaꝫ in carcere:ora/ tio autem fiebat sine intermis/ sione ab ecclesia ad deum pro eo. Cum autem eũ ꝓducturus esset herodes:ĩ ipsa nocte erat petrus dormiens inter duos milites: vinctus cathenis dua/ bus. Et custodes ante ostium custodiebant carcerem. Et ec/ ce angelꝰ dñi astitit: ꝛ lumẽ re/ fulsit in habitaculo carceris: p cussoqꝫ latere petri excitauit eũ dicens. Surge velociter. Et ce ciderũt cathene de manibꝰ eiꝰ Dixit aũt angelus ad eũ. Præ/ cingere: ꝛ calcia te caligas tuas

Et fecit sic. Et dixit illi Circũda tibi vestimentũ tuũ: & sequere me. Et exiens sequebat eum. Et nesciebat: quia verũ est qđ fiebat per angelum: estimabat aũt se visum videre. Transeũtes aũt primam & secundam custodiã: venerunt ad portam ferream: que ducit ad ciuitatem: que vltro aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicũ vnũ & cõtinuo discessit angelus ab eo. Et petrus ad se reuersus dixit. Nunc scio vere: quia misit dñs angelum suũ: & eripuit me de manu herodis: & de oi expectatione plebis iudeoꝝ. Grad Constitues eos principes sup omnem terram memores erũt nominis tui dñe. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij propterea populi confitebunt tibi. Alla. ℣. Tu es petrus & super hanc petram edificabo ecclesiam meam. ℣. Beatus es symon petre quia caro & sanguis non reuelauit tibi sed pater meus qui est in celis.

Petre sũme xpi pastor & paule gentiũ doctor Ecclesiam vestris doctrinis illuminatam. Per circulũ terre precat⁹ adiuuet vester. Nam dñs petre celorum tibi claues dono dedit. Armigerũ beniamin xps te scit suũ vasq electum. Mare planta te petre xps conculcare tue dedit caritati. Umbrã tui corporis infirmis debilibusq fecit medicinam. Doctilogos philosophos te paule xps dat vincere sua voce. Multiplices victorias tu paule christo per populos acquisisti. Postremo victis omnibus barbaris ad arcem summi pergitis culminis. Germanos discordes sub iugũ christi pacatos iam coacturi. Ibi neronis feritas principis apostolorum prelijs plurimis. Victores diuerse te petre & paule addixerat pene mortis. Te crux associat te vero gladi⁹ cruentus mittit christo. Scóm

In illo tpe. Matheũ. xvj. Venit ihesus in partes cesaree philippi: & interrogabat discipulos suos dicens. Quez dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerũt: alij iohã nem baptistam: alij heliam: alij vero ieremiam: aut vnũ ex pphetis. Dicit illis ihesus. Vos aũt quez me esse dicitis. Respõdens symon petrus dixit. Tu es xps filius dei viui. Respondens aũt ihesus dixit ei. Beat⁹ es symon bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui in celis est. Et ego dico tibi: quia tu es petrus & super hanc petraz edificabo ecclesiam meam. Et porte inferi non pualebunt aduersus eã. Et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcũq ligaueris super terram erit ligatum & in celis. Et quodcũq soluerz super terram: erit solutum & in celis. Credo dicitur. Offertz. Constitues eos Secreta. Hostias domine quas nomini tuo sacrandas offerimus apostolica pro sequat oratio per quaz nos expiari tribuas & defendi. Per dñm nostrũ ihm. Prefatio de apostolis dicitur per octauam

Tu es petrus ⁊ ſuper hāc petram edificabo eccleſiam meam. Cōmu.

Quos celeſti dñe ali mēto ſati aſti: apoſtolicis interceſſionib⁹ ab omni aduerſitate cuſtodi. Per dñm noſtruz. Compl.

In cōmemoratiōe ſancti pauli

Scio cui credidi certus ſum quia potens eſt depoſitū meū ſeruare in illū diē. Introit⁹. ps Celi enarrāt gloriā dei ⁊ opera manuū ei⁹ annūciat firmamētū. Ofo.

Deus qui multitudinē gētiū beati pauli apli tui p̄dicatione docuiſti: da nobis q̄ſumus: vt cuius natalicia colimus: eius apud te patrocinia ſentiamus. Per dñm noſtruz.

Ad Galathas. j. capl'o.

Fratres: Notuz vobis facio euangeliū quod euāgelizatum eſt a me: quia nō eſt ſcōm hominē: neq; enim ego ab homine cepi illud neq; didici: ſed per reuelationē ihēſu xp̄i. Audiſtis eñ conuerſationē meaz aliquādo in iudaiſmo quoniaz ſupra modum perſequebar eccleſiā dei: ⁊ expugnabam illam ⁊ proficiebā in iudaiſmo ſupra multos coetaneos meos i genere meo: abundantius emulator exiſtens paternarū meaz traditionū. Cū aūt placuit ei q̄ me ſegregauit de vtero matriz mee: ⁊ vocauit p̄ gratiā ſuā: vt reuelaret filiū ſuū in me vt euāgelizarē illū in gentibus: continuo nō acquieui carni ⁊ ſanguini. Neq; veni irl'ym̄ ad anteceſſores meos apl'os: ſed abij in arabiaz: ⁊ iterū reuerſus ſuz damaſcū. Deinde poſt annos tres veni irl'ym̄ videre petrū ⁊ manſi apud euz diebus quindecim. Aliū aūt apl'orum vidi neminem niſi iacobū fratrem dñi. Que aūt ſcribo vobis: ecce coram deo quia non mētior. Grad.

Qui operatus eſt petro in apl'atu operatus eſt ⁊ mihi inter gētes ⁊ cognouerūt gratiā dei que data eſt mihi. v. Gratia dei in me vacua non fuit ſed gratia ei⁹ ſemper in me manet. Alla. Celi enarrant. Sequentia. Clare ſanctor. Scōm Matheū. xix.

In illo tpe. Dixit ſymon petr⁹ ad ihe ſum. Ecce nos reliquimus oīa ⁊ ſecuti ſumus te. Quid ergo erit nobis: Ihūs aūt dixit illis Amen dico vobis q̄ vos qui ſecuti eſtis me in regeneratōe cū ſederit fili⁹ hoīs in ſede maieſtatis ſue: ſedebitis ⁊ vos ſup̄ ſedes duodeciz: iudicātes duodecim trib⁹ irl'. Et omnis qui reliquerit domū vl' fratres aut ſoroꝛes: aut patrē aut matrē aut vxorem aut filios aut agros p̄pter nomen meū centupluz accipiet ⁊ vitā eternā poſſidebit. Offert.

Offertz: In omnē terrā. Secre.

Eccleſie tue quetum⁹ dñe p̄ces ⁊ hoſtias apl'ica tibi cōmendet oratio: vt quod p̄ illorum gloria celebramus nobis profi ciat ad medelam. Per. Cōmu.

Amen dico vobis q̄ vos. Cōplē.

Perceptis dñe ſacramētis ſubdito corde rogam⁹ ⁊ petimus vt intercedēte bt̄o paulo apl'o

tuo nobis proficiant ad mede/lam que pro illius gesta sūt pas/sione. Per. In octaua sancti iohānis baptiste oīa dicunt vt supra in die sancto pter oronē secretā ⁊ complendā. Oratio.

PReста quesumꝰ omnipo/tens deus vt ecclesia tua que iteratā natiuitatē pcurso/ris filij tui dñi nostri ihesu xpi ⁊ ba/ptiste i octauo videlicet die ve/nerat ipso pro ea apud tuā mi/sericordiā preueniēte a pecca/tis omnibus te miserante libe/rari mereat. Per. Secre. In tuo cōspectu dñe quesumꝰ ta/lia sint munera nostra: qui in/terueniente beato iohanne ba/ptista: ⁊ que placere valeant ⁊ nos tibi placere perficiāt. Per Deus qui nos beati Compl. iohannis baptiste solēnia fre/quentare cōcedis presta quesu/mus vt deuotis eadē mentibꝰ celebremꝰ: vt eius patrocinio pmerente pleno capiamus sa/turitatis augmētū. Per dñm. Notandū q̄ in pruata octaua natiuitatis sancti iohannis ba/ptiste fit cōmemoratio de octa/ua apl̄oꝝ petri ⁊ pauli oro se/creta ⁊ complē. vt supra in die ipsoꝝ. In vigilia visitationis

RGloriose virgis Introitꝰ

Orate celi desuper ⁊ nubes pluant iustū aperiat terra ⁊ germi/net saluatorē. ps. Celi enarrant glo/riam dei ⁊ opera manuū eius annū/ciat firmamentū. Oratio.

Deus sanctificationis arche marie dñe deus que te nouem mēsibꝰ baiolauit fac nos debi/ta veneratione festa pagere in qua ipse dignatus es clausum prophetā in vtero elisabeth vi/sitare. Qui cū deo. Lectio libri apocalipsis bti iohis apli. xij.

SIgnū magnū apparuit i celo. Mulier amicta sole ⁊ luna sub pedibus eius: ⁊ in ca/pite eius corona stellarū duo/decim. Et in vtero habēs: ⁊ cla/mabat parturiēs ⁊ cruciatur vt pariat. Et visum est aliud signū in celo. Et ecce draco magnus ruffus habēs capita septē ⁊ cor/nua decē: ⁊ in capitibus suis se/ptem dyademata ⁊ cauda eius trahebat terciā partē stellarum celi ⁊ misit eas in terraz. Et dra/co stetit ante mulierē que erat paritura: vt cū peperisset filiuz ei⁹ deuorāret. Et peperit filiuz masculū: qui recturus erat oēs gentes in virga ferrea: ⁊ raptꝰ est filius eius ad deū: ⁊ ad thro/nū eius. Grad. Benedicta ⁊ ve/nerabilis. Scōm matheū. j.

IN illo tpe. Cū esset despō/sata mater ihesu maria io/seph: anteq̄ cōuenirēt inuēta est in vtero habēs de spū sctō. Joseph aūt vir eius cum esset iustus ⁊ nollet eam traducere: voluit occīte dimittere eā. hec aūt eo cogitāte: ecce angelꝰ dñi in somnis apparuit ei dicens. Joseph fili dauid: noli timere accipere mariā coniugē tuam. Quod em̄ in ea natum est: de spiritusancto est: pariet autē fi/liū: ⁊ vocabis nomen eius ihs.

Ipse enim saluum faciet popu
lum suū a peccatis eoꝝ. Offr.
Recordare virgo mater. Secre.
Visita nos in salutari tuo dñe
qui marie viscera tua dignatus
es presentia visitare ⁊ per glo
riosaz matriz tue que elizabeth
visitauit exultationem: nos ad
perhennem digneris perduce
re habitationē. Qui cum. Pre
fatio quottidiana. Cōmu. Bea
ta viscera. Compl. Saciati ⁊ in
ebriati celestibus alimentis: fac
nos quesumꝰ domine eterna
fruitione cōsequi que misticis
sumpsimus sacramentis. Per
In die visitatiōis marie Intr.



Audeamus om
nes in dño diem
festum celebran
tes i honore ma
rie virginis: de
cuius visitatiōe
gaudent angeli:
⁊ collaudāt filiū
dei. ps. Cantate domino canticum
nouū quia mirabilia fecit. Oratio.
Omnipotens sempiterne
deus: qui ex abundantia
caritatis beatam mariaz tuo fi
lio impregnatam ad salutatio
nem elisabeth inspirasti: presta
quesumus: vt per eiꝰ visitatio
nē donis celestibꝰ repleamur:
⁊ ab oibus aduersitatibus erua
mur. Per eundem. Lectio li
bri sapientie. Canti. ij.
Ece iste venit saliens in
montibus: transiliens colles.
Similis est dilectus meus ca
pree: hynnuloqꝫ ceruoruz. En
ipse stat post parietē nostrū re
spiciēs per fenestras: prospici
ens per cancellos. En dilectus
meus loquit mihi. Surge pro
pera amica mea columba mea
formosa mea ⁊ veni. Jam enī
hyems trāsijt ymber abijt ⁊ re
cessit: flores apparuerūt in ter
ra nostra: tempus putationis
aduenit. Vox turturis audita
est in tera nostra: ficus protulit
grossos suos: vinee florentes
dederūt odoreꝫ suū. Surge p
pera amica mea speciosa mea ⁊
veni: columba mea in forami
nibus petre i cauerna macerie
Ostende mihi faciez tuā: sonet
vox tua in auribus meis. Vox
enī tua dulcis ⁊ facies tua deco
ra. Grad. Audi filia ⁊ vide ⁊ in
clina aurē tuā quia cōcupiuit rex spe
ciem tuā. ℣. Specie tua ⁊ pulchritu
dine tua: intende prospere procede
⁊ regna. Alla. ℣. O maria mater
xpi montana que adisti ⁊ cognatam
salutasti cōsilij mater casti audi nos
pia ⁊ dulcis nobis filiū reconcilia.
Decet huius cūctis Seqn.
horis festi voce dulciori face
re memoriā. Nec indignum sed be
nignū voci corde dare signū marie
in gloriam. Innouemus mente ma
ter petit qō montana salutare grauī
daz. Paranimpho comitata fuerat
quo salutata senem mulcet pauidaz
Rem mirat sed matrona vnde in
quit tanta dona mihi dant hodie.
Ad me veniret qꝫ illa mater dei ⁊
ancilla sceptrū ois glorie. Laudet
clausus sua matre sentit prolez sine
patre agnū dei ꝑdicat Crit magn⁹

infans rite regez celi agnũ vite clau/ sus plausu indicat. Nequit senex̃/ morari rapit manus manu pari ꝛ ni mis celeriter. Exultabat modo mi/ro circũplexa ac in giro salutãdo dul citer. Clamat senex voce clara am/plexata tot preclara insignia deo ca/ra voce pandens veteri. Salus in/ter mulieres te respexit celi heres me ruisti qꝫ videres casta fructũ veteri. Illa sed repudiauit laudẽ deo assi gnauit quãdo supplex decãtauit cõ tinẽs magnificat. Clemens virgo pia tu nos foue o maria partus nãqz almos quia sola spes viuificat. Amẽ

℣ Scõm Lucam. j. capl'o.

In illo tempore exurgens maria abijt in mõtana cũ festi/ natione in ciuitatẽ iuda: ꝛ intra uit in domuz zacharie ꝛ saluta/ uit elizabeth. Et factũ est vt au diuit salutationem marie elisa/ beth: exultauit infans in vtero ei9. Et repleta est spũsancto eli sabeth: ꝛ exclamauit voce ma/ gna ꝛ dixit. Benedicta tu inter mulieres: ꝛ benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi vt veniat mater dñi mei ad me Ecce enim vt facta est vox salutationis tue in auris9 meis: exul/ tauit infans in vtero meo. Et beata que credidisti qm̃ pficiẽ/ tur in te ea que dicta sunt tibi a dño. Et ait maria. Magnificat aia mea dñm. Et exultauit spiri tus meus in deo salutari meo. Quia respexit humilitatẽ ancil le sue: ecce enim ex hoc beatã me dicẽt oẽs generationes. Quia fecit mihi magna qui potẽs est ꝛ sanctũ nomẽ eius. Et miseri/ cordia ei9 a pgenie in pgenies timentib9 eũ Fecit potentiã in brachio suo: dispersit superbos mẽte cordis sui. Deposuit po/ tẽtes de sede: ꝛ exaltauit humi/ les. Esurientes impleuit bonis: ꝛ diuites dimisit inanes. Sus/ cepit isrl' puerũ suũ recordat9 misericordie sue. Sicut locut9 est ad patres nostros abraham ꝛ semini eius in secula. Mansit autẽ maria cũ illa quasi mensib9 tribus: ꝛ reuersa est in domum suã. Credo. Offertℓ. Aue ma/ria gratia plena dñs tecũ benedicta tu in mulierib9 ꝛ bñdictus fruct9 ven tris tui. Secreta. Omnipotẽs sempiterne de9 qui curã de oi bus in te cõfidẽtib9 semper ha bes: psta qsum9 vt p oblationẽ quã tibi offerim9: visitationez spũalẽ beate virginis marie in nr̃is necessitatib9 sentiam9. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis ꝓpterea bñdixit te de9 ineter/ nũ Cõpl'. Ops sempiterne de9 qui cõmemorationẽ visitatio/ nis btẽ marie matrz dei fieri vo luisti: psta qs vt p hoc sacrificiũ qd̃ sũpsim9 ab eius visitatiõis gr̃a nullaten9 excidamus. Per eundẽ. Et nota qꝺ nõ fit cõmeo ratio de octaua apl'oꝝ in predi dicta missa festi visitatiõis. In fra octauã apl'oꝝ petri ꝛ pauli ad missaz oia dicũt de cõi apl'o rũ pter oronẽ q̃ dicit sicut i die videlz De9 qui hodiernã. cuz secr̃: ꝛ cõpl'. De festiuitatib9 vo ix. lectionũ q̃ infra pdictã octa/

uã veniunt agit cũ cõmemoratione octaue apl'oz. Si vero infra p̃dictã octauã occurrerit dies dñica agat de dñica cũ cõmemoratione octaue: de festo visitionis z i die octauo fit idẽ officiũ quod in die. De festiuitatib⁹ que infra octauã veniũt nihil tũc agit: sed post octauam celebrant. De octaua apl'oruz petri z pauli fit eo die quo cadit cũ cõmemoratione octaue visitationis: p̃dicta rubrica i aliquib⁹ locis obseruat in aliqbus vero nõ. In festo sctõz ꝓcessi z martiniani martyrũ Introitus. Judicant sancti gen. Oro.

DEus q̃ nos sanctoz martyrũ tuoz ꝓcessi z martiniani cõfessionib⁹ glorioſis circũdas z ꝓtegis: da nobis z eorũ imitatione ꝓficere: z intercessiõe gaudere. Per. Lectio. Expectatio iustoz. Grad. Exultabunt sancti in gloria. Alla. Justi epulent. Sequẽtia de martyribus. Euangeliũ. Cũ audieritis. Offertz. Gloriabunt. Secreta.

Suscipe dñe p̃ces z munera q̃ vt tuo sint digna cõspectui sanctoz tuorũ ꝓcessi z martiniani p̃cib⁹ adiuuemur Per. Cõmu. Anima nr̃a. Cõpl. Corporis sacri z p̃cioſi sanguinis repleti libamine: q̃s dñe de⁹ noſter: vt q̃ pia deuotione gerim⁹: certa redemptione capiam⁹ Per

In festo vdalrici epi Introit⁹ Statuit ei. Oratio.

Adesto dñe ppl'o tuo vt bti vdalrici confessoris tui atq̃ pontificis merita p̃clara suscipiẽs ad impetrãdã misericordiã tuã semp ei⁹ patrocinijs adiuuet. p. Lectio Dis pontifex. Grad. Jurauit dñs. Alla. Jurauit dñs. Sequẽtia de cõi pontificis. Euãgeliũ. Sint lũbi vr̃i p. Offert. Posuisti. Secre. Hec munera q̃s dñe suscipe z intercedente bt̃o vdalrico cõfessore tuo atq̃ pontifice nobis salutaria esse cõcede. Per. Cõmu. Dñe quinq̃. Gustu salutaris hostie Cõpl. recreati oipotẽtiã tuã dñe suppliciter exoramus vt intercedẽtibus sancti vdalrici cõfessoris tui atq̃ pontificis meritz nos interi⁹ exteriusq̃ custodias. Per

In octaua apl'oz petri z pauli Introit⁹ Sapiẽtiã sanctoz

Intercessio q̄sumus domine beate marie semper virginis munera tibi cōmendet: nosq; in eius veneratione maiestati tue reddat acceptos. ℙer do. Cōm. Dilexisti iusticiā. Complñ. Mense celestis participes effecti: implorāmus clementiā tuā domine deus noster: vt qui festa beate marie dei genitricis colimus: a malis iminentib⁹ eius intercessionibus liberemur. ℙ eundem dominum nostrum.

Infra octauam assumptionis beate marie: ⁊ in die octaue fit idem officium ad missaz quod in die. Et dicitur secūda oratio de sancto laurentio. tercia ad placitum. In octaua sancti laurentij Introitus.

Probasti domine cor meum ⁊ visitasti nocte: igne me examinasti ⁊ non est inuenta in me iniq̄tas ℙs. Exaudi domine iusticiam meā: intende deprecationem meā. Oro

Excita domine i ecclesia tua spiritū cui beatus laurentius leuita seruiuit: vt eodē nos replēte spiritu studeamus amare q̄d amauit: et opere exercere q̄d docuit. ℙer. eiusdez Epistola. Qui parce seminant Grad. Justus non conturbabitur. Alleluia. ℣. Gloria ⁊ honore coronā Euangel. Nisi granū frumenti Offertor. In virtute tua. Secr. Sacrificium nostrum tibi dñe quesumus beati laurentij precatio sancta conciliet: vt cuius honore solēniter exhibet: meritis eius efficiatur acceptū. ℙ. Cōm. Qui vult venire. Cōmplñ Supplices te rogamus omni potens deus: vt quos donis celestibus satiasti: intercedente beato laurentio martyre tuo: ppetua protectione custodias ℙer dominū nostrum ihesuz.

Agapiti martyris Introitus. Letabitur iustus in dño. Oratio.

Letetur ecclesia tua deus: beati agapiti martyrz tui cōfisa suffragijs: atq; eius precibus gloriosis et deuota permaneat: ⁊ secura cōsistat. ℙer. Grad. ℙosuisti domine. Alleluia ℣. Beatus vir qui timet dominum Offertor. In virtute tua. Secr. Suscipe domīe munera que in ei⁹ tibi solēnitate deferim⁹: cuius nos confidimus patrocinio liberari. ℙer dominum Cōm. Magna est gloria. Complé Satiasti domine familiā tuam muneribus sacris: eius q̄sum⁹ semper interuentione nos refoue: cuius solēnia celebramus ℙer dominū nostrum ihesuz.

Bernhardi ꝓfessoris Introit⁹ Os iusti medita. Grad. Domine ꝑueniisti. Alleluia. ℣. Inueni dauid Offer. Desiderium anime. Cōm Beatus seruus. Oratio et cetera omnia de cōmuni vnius simplicis confessoris. In festo donati ⁊ socioz eius martyrū Epistola. Sapientiaz sanctoz Grad. Justorum anime. Alleluia. ℣. Corpora sanctorum. Offertor Letamini i dño. Com. Justoz aie. Cetera de cōmuni plurimorū martyrum. In octaua assum-

ptionis omnia vt ꝯ in die ſctō
In feſto ſanctorum hermogenis et fortunati Introitus.
Juſti epulentur. Oratio.

ODnipotens ſempiterne deus: ppiciare nobis famulis tuis per beatorum martyrum tuorum hermogenis ⁊ fortunati quorum corpora in aquileyenſi eccleſia requieſcūt merita glorioſa: vt eorum pia interceſſione ab omnibus protegamur aduerſis: ⁊ celeſtibus muniamur auxilijs. Per dñm.
Grad. Juſtorum anime. Alleluia. ℣. Corpora ſanctorum. Offertoꝛ Letamini in dño. Secꝛ. Oblatis queſumꝰ domine placare muneribus: ⁊ intercedentibꝰ ſanctis tuis hermogene et fortunato: a cūctis nos defende periculis. Per dominū noſtrum
Cōm. Juſtorum anime Complñ
Hec nos dñe cōmunio purget a crimine: ⁊ intercedentibꝰ ſanctis martyribꝰ tuis hermogene ⁊ fortunato: celeſtiꝫ remedij faciat eſſe conſortes. Per d
In vigilia bartholomei apoſtoli omnia per totum vt in cō muni habetur. In die ſancto
Introitꝰ. Mihi aūt nimis. Ofo.

ODnipotens ſempiterne deus: qui hui⁹ diei venerandam ſanctamqꝫ leticiam in beati bartholomei apoſtoli tui feſtiuitate tribuiſti: da eccl'e tue queſumus id amare quod credidit: ⁊ predicare quod docuit Per dominū noſtrum ihesuꝫ.
Epla. Scimus qm̄ diligentibꝰ
Grad Jn omnem terraꝫ. Alleluia ℣ Non vos. Sequentia Clare ſanctorum ſenatus apoſtolorum.
Scōm Lucam. xxij. capitulo.

IN illo tempore. Facta eſt contētio inter diſcipulos ihesu: quis eoꝝ videretur eſſe maioꝛ. Dixit autēꝫ eis. Reges gentium dominantur eorum: ⁊ qui poteſtatem habent ſuperꝫ eos benefici vocant. Vos aūt non ſic: ſed qui maio eſt in vobis fiat ſicut iunioꝛ: et qui preceſſoꝛ eſt ſicut miniſtratoꝛ. Nā quis maioꝛ eſt: qui rcecūbit an qui miniſtrat: Nōne qui recūbit: Ego autem in medio veſtrum ſum: ſicut qui miniſtrat. Vos autem eſtis qui permaniſiſtis mecum in tentationibus meis. Et ego diſpono vobis: ſicut diſpoſuit mihi pater meꝰ regnum: vt eatis ⁊ bibatis ſup menſam meaꝫ in regno meo: ⁊ ſedeatis ſuper thꝛonos iudicantes duodecim tribꝰ iſrahel
Credo. Offer. Jn omnem terram
Secꝛ. Beati apoſtoli tui bartholomei cuius ſolēnia recenſemus: queſumus domine: vt auxilio eius tua beneficia capiamus: pro quo tibi hoſtias laudis offerimus. Per dominuꝫ.
Cōm. Vos qui ſecuti. Compleñ.
Beati apli tui bartholomei q̄ſumus dñe interceſſione nos adiuua: pro cuiꝰ ſolēnitate percepimus tua ſancta letantes. p
Timothei ⁊ ſimphoriani Introitus ad placitum. Salus aūt.
Oratio.

Auxilium tuum nobis domine placatus intende: et intercedentibus beatis martyribus tuis timotheo et simphoriano dextera m super nos tue propiciationi s extende. ℣er. **Grad.** Justorum anime. Alleluia. ℣. Justi autem. **Offer.** Mirabilis **Secr.** Accepta tibi sit domie sacrate plebis oblatio: pro tuorum honore sanctor: quorũ se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. p. **Cõm.** Ego vos elegi. **Complen.** Diuini muneris largitate satiati quesum⁹ domine deus noster: vt intercedentibus beatis martyribus tuis timotheo et simphoriano eor semper participatione viuamus. ℣er do

In translatione sanctorũ martyrus hermachore et fortunati Introit⁹. Justi epulent. **Oratio**

Deꝰ qui hodierna die gloriosa beatorum martyrũ tuorum hermachore et fortunati mẽbra nobis famulis tuis reuelare dignatus es: concede propicius: vt qui eorum corpor̃ translationẽ venerando colimus: ipsorum beatitudinite concedente adiungi mereamur. ℣er dominum nostrum

Deinde fit memoria de sanctꝫ hermete et pelagio martyrib⁹.

Deus qui beatos **Oratio** martyres tuos hermetẽ et pelagium virtute constantie in passione roborasti: ex eorus nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere: et nulla ei⁹ aduersa formidare. ℣er dominũ nostrũ.

De sancto daniele Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui sedatis leonum cruentis fancib⁹ famulũ tuum danielẽ illesum conseruare dignatus es: quiq eorũ dentib⁹ eos ad deuorandus tradidisti: qui prophetã tuum falsis assertionibus extinguere nitebant: da ecclẽ tue de tanto gaudere patrono: quem celi participes fecisti esse in regno. ℣er dñm

Grad. Gloriosus deus. Alleluia. ℣. Corpora sanctor **Sequentia.** Algone triumphali. **Offer.** Exultabunt sancti. **Secr.** Munera humilitatis nostre dñe sanctorus martyrum tuor hermachore et fortunati gloriosa solẽnitate atq translatione offerentes q̃ sumus: propicius respicere dignare: et ipsorus intercessione tam ad profectum vite q̃ ꝑ anie salutari nobis consueta miseratione prouenire cõcede. ℣er.

De sanctis hermete et pelagio Secr. Sacrificium laudis tibi domine offerimus: in tuorum cõmemoratione sanctorum: q̃ sumus: vt quod illis contulit gloriam: nobis prosit ad salutem. ℣er dominum nostrum

De sancto daniele Secr. In cõspectu diuine maiestatis tue domine hanc placationis hostiam beati danielis intercessio venerãda cõmendet: que quidem angelicis tibi manib⁹ oblata tuaq dextera benedicta ab

omni nos reddat peccatorum labe purgatos. ℘er dominū. Cōmu. Et si coram. De sanctis hermachora ⁊ fortūato Cōpl. Sumentes dñe celestis dona misterij quesumus: vt sanctoꝝ martyrum tuoꝝ hermachore ⁊ fortunati adiuuemur meritis: quorum solēnitatē debita veneratione celebramus. ℘er d De sancto hermete et pelagio Complendō. Repleti domine benedictione celesti: quesumꝰ clementiam tuam: vt intercedentibus sanctis martyribus tuis hermete ⁊ pelagio que humiliter gerimus: salubriter sentiamus. ℘er dominū nostrum De sancto daniele Compleñ. Sacri corporis ⁊ precioſi sanguinis tui libamen sumentes: quesumus clementiam tuam: vt intercedente bto prophetā tuo daniele: per hocipsum in te nos manere facias recte viuendo: ⁊ te i nobis manifestes semper solacium exhibendo. Qui cum deo patre ⁊ spiritu s. Augustini episcopi Introit. In medio ecclesie. Oratio.

Adesto supplicationibus nostris omnipotēs deꝰ: vt quibus fiduciam sperande pietatis indulges: intercedēte beato augustino cōfessore tuo atq; pontifice: consuete misericordie tribue benignꝰ effectū. ℘er dominū nostrum ihesuꝫ. Epistola. Testificor. Gradale Ecce sacerdos. Alleluia. ℣. Jurauit dominus. Sequentia.

De profundis tenebrarū mōdo lumen exit clarum et scintillat hodie. Olim quidē vas erroris augustinus vas honoris datus est ecclesie. Verbo dei dū obedit: credit errans ⁊ accedit ad baptismi gratiā Quam in primis tuebatur verbis: scriptis execratur erroris fallaciam. Firmans fidem firmans moses legis sacre puersores verbi nectit gladio. Obmutescit fortunatus cedūt manes ⁊ donatus tante lucis radio. Mundus marcens ⁊ inanis: ⁊ doctrinis tritus vanis per pestem hereticam. Multum cepit fructum ferre dum in fines orbis terre fidē sparsit vnicam. Clericalis vite formā conquadrauit iuxta normam cetus apostolici. Qui quippe nil habebāt tanq; suum sed viuebant in cōmuni clerici. Hic multorū pro salute diu viuens in virtute: tandem bona senectute dormiuit cum patrib⁹. In extremis nil legauit qui nil suum estimauit imo totum reputauit cōmune cum fratribus. Salue gēma pfessor lingua xpi vox celorū: scriba vite lux doctorum presul beatissime. Qui te patrem venerantur te ductore consequantur vitam in qua gloriantur beatorum anime. Euangel. Vos estis sal ter. Regre i cōi. Credo. Offertor. Inuenī dauid. Secr. Sancti augustini pfessoris tui et episcopi nobis domine pia nō desit oratio: que ⁊ munera nostra tibi conciliet: ⁊ tuaz nobis indulgentiam semper obtineat. ℘er dominū nostrum. Cōm. Beatus seruus. Compleñ Ut nobis domīe tua sacrificia

dent salutez: beatus confessor tuꝰ ⁊ pontifex augustinus que sumus precator accedat. ℘er.
In decollatione sancti iohannis baptiste Introitus. Justus vt palma florebit. **Oratio.**
SAncti iohannis baptiste ⁊ martyris tui domine q̃ sumus venerãda festiuitas salutaris auxilij nobis p̃stet augmentum. ℘er dñm nostrum.
Lectio libri sapientie. Ecclesiastici.xlix.capitulo.
MEmoria iusti:in compositione odoris facti opꝰ pigmentarij In oñi ore quasi mel indulcorabit eius memoria:⁊ vt musica in conuiuio vini. Ipse est directꝰ diuinitꝰ in penitentiam gentis:⁊ tulit abhominatiões impietatis:⁊ gubernauit ad dominum cor iuum: ⁊ in diebus peccatorum corroborauit pietatez. In diebꝰ suis manauerunt putei aquaruz:et quasi mare adipleti sunt supra modum. Qui curauit gentem suã: ⁊ liberauit eam a pditione Qui preualuit amplificare ciuitatem:qui adeptus est gloriam in conuersatione gentis:et ingressum domꝰ ⁊ atrij Nã male tractauerunt illum: qui a ventre matris consecratus est propheta. Euertere ⁊ eruere ⁊ perdere:⁊ iterum edificare ⁊ renouare. Amplificatꝰ est quasi stella matutina in medio nebule:⁊ quasi luna plena in diebus suis lucet:et quasi sol refulgens:sic ille refulsit in tẽplo dei. **Grad.** Justus vt palma. **Alla.** Justus germinabit sicut lilium:⁊ florebit in eternum ante dominum. **Seqntia**
PSallite regi nro psallite psallite psallite psallite prudentez. Nam psalterium est iocundũ cum cythara Nato virginis quo psallens natus sterilis. Cytharam carnis percussit in domo domini. Cum qꝺ sonabat clamando:docuit viuendo. Mortificando que super terrã sunt membra ⁊ hoc alios docendo. Preparas christo plebem perfectam iohannes vox clamantis in deserto. Sed vox hec impium herodez quem corripit minime corrigit. Haud tamen tacuit sed aduſqz sanguinem sceleri restitit. Non licet inquit te fratris tui habere coniugẽ raptam sibi peccasti quiesce penitentibus sic precepit dominus. Vocem incantantis sapienter herodes vt aspis surda spernit et iustum sanctum iohannem timet quem vinxit in carcerem. Sedet in tenebris lucerna lucis amicꝰ dei omnipotentis. Studet delicijs mũdi huiꝰ princeps filius pditionis. Meretrix suadet: puella saltat:rex iubet sanctum decollari. Dat rex saltanti caput iohannis qui sanctꝰ ante fit q̃z natus. Cn quomodo perit iustus: quasi non sit deo dilectus. Cum sit eius preciosa mors hec in conspectu domini. Nos corde percepimꝰ talis ac tantus est: quia conuicinus dignitate christo sit ⁊ morte. Nam morte turpissima damnatur spõsus spõsi ⁊ amicũ dãnat morte recte turpissima Carcere carnis eductũ quez ferunt psallendo celis angeli angelum. Et nos in terris tibi psallere fac criste in

memoriã baptiſte. Herodis ſpreta quo menſa altaris tui menſa ipſius te dum ſumimus ſemper tibi pſallam⁹ Scõm Marcum. vj. capitulo. In tẽpore. Miſit herodes rex man⁹ ac tenuit iohannem: & vinxit eum in carcere: propter herodiadem vxorem philippi fratris ſui: qa duxerat eam. Dicebat enim iohannes herodi. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias autem inſidiabatur illi: & volebat eum occidere nec poterat. Herodes autem metuebat iohãnem: ſciens eum virum iuſtum & ſanctum: et cuſtodiebat eum. Et audito eo multa faciebat: et libenter eum audiebat. Et cum dies oportunus accidiſſet: herodes natali ſuo cenã fecit principibus et tribunis et primis galilee. Cũq; introiſſet filia ipſius herodiadis: & ſaltaſſet & placuiſſet herodi ſimulq; recumbentibus: rex ait puelle. Pete a me qd vis: & dabo tibi. Et iurauit illi: quia quicqd petieris dabo tibi: licet dimidium regni mei. Que cum exiſſet: dixit matri ſue. Quid petam? At illa dixit. Caput iohannis baptiſte Cunq; introiſſet ſtatim cũ feſtinatione ad regem: petiuit dicens. Volo vt protinus des mihi i diſco caput iohãnis baptiſte. Et contriſtat⁹ eſt rex: propter iuſiurandum: et propter ſimul diſcumbentes noluit eã contriſtare: ſed miſſo ſpiculatore precepit afferri caput iohannis in diſco. Et decollauit eũ in carcere. Et attulit caput eius in diſco. Et dedit illud puelle: et puella dedit matri ſue. Quo audito diſcipuli eius: venerunt & tulerunt corpus eius & poſuerũt illud i monumẽto.

Offer. Gloria & honore. Secrẽ. In tuorum domine preciosa morte iuſtor̃ ſacrificium illud offerimus: de quo martyrum ſumpſit omne principium. p. Cõm. Magna eſt gloria. Compl.

Concede queſumus omnipotens deus: vt qui in ſancti iohãnis baptiſte et martyris tui paſſione dona ſacramenti percepimus: eius interuentu auxilium tuum ſentiamus. Per d.

In feſto iuliani martyris Introitus. Juſtus non contur. Oro

Propiciationẽ tuam dñe ſupplices deprecamur: vt glorioſum martyrem iulianum triumpho nobili hodierna die ad celos euectum habeam⁹ interceſſorem: quem per te veneramur victorem. Dominum noſtrum iheſum chriſtũ. Grad. Juſtus non conturbabitur. Alleluia v. Juſtus germinabit. Seqntia. Spe mercedis Euangelium. Si qs vult venire poſt me. Offer Poſuiſti domine. Secr. Preſta nobis queſumus omnipotens deus: vt noſtre humilitatis oblatio: et pro tuorum tibi grata ſit honore ſanctorum: & nos emundet corpore pariter & ſanctificet. Per dominum. Cõm. Qui vult venire poſt me. Compl.

Sumptis dñe sacramentis q̄s sumus: vt intercedente beato iuliano martyre tuo: ad redēptionis eterne proficiam⁹ augmentum. Per dñm nostrum

Felicis t adaucti martyru Introitus. Sapientiā sanctoꝝ

Oro Maiestatez tuam dñe supplices depcamur: vt sic nos iugiter sanctoruz tuorum felicis t adaucti cōmemoratiōe letificas: ita semper eorum supplicatione defendas. p. **Epla.** Lingua sapientiū **Grad.** Gloriosus de⁹. Alla. **v.** Sancti tui dñe **Euangel.** Cū descendisset ihs. **Offer** Letamini in dño. **Secre.**

Hostias dñe tue plebis intēde t q̄s in honore sanctoꝝ tuorū deuota mente celebrat, pficere sibi sentiat ad salutem. Per d. **Com.** Quod dico vobis **Compl**

Repleti dñe muneribꝰ sacris q̄ñs: vt intercedentibus sctis tuis in gratiaruz tuarum sempactione vincamus. Per dñm.

Egidij confessoris Introitus. Os iusti meditabitur. **Oratio.**

Deus qui famulum tuum egidium misericordē fecisti intercessorem pro peccatz omnium: da nobis interuentu ipsius nostrorum veniaz peccatorum: t eterne beatitudinis optabilem leticiaz. p. **Epistola.** Dilectus deo t hoibus. **Grad** Domine p̄uenisti. Alleluia. **v.** Iste sanctus. **Sequentia de simplici confessore. Euāgel.** Ecce nos reliquimus omnia. **Require in comemoratione sancti pauli.**

Offer. Posuisti domine. **Secrē.**

Beati egidij famli tui dñe tibi grata p̄catio: et munera nostra cōmendet: t tuaz nobis indulgentiam semper imploret. per **Com.** Fidelis seruus. **Complen**

Quesum⁹ dñe vt beati egidij confessoris tui deprecatiōe sacramenta que sumpsimus: ad tue nobis proficiant placatiōis augmentum. Per dominum.

In ntitate marie virgis Intr.



Alludeamus oēs in domino diem festū celebrantes in honore marie virginis: de cui⁹ natitate gaudēt angeli et collaudant filium dei. **ps.** Eructauit cor meū verbū bonū dico ego opera mea regi. **Oratio.**

Famulis tuis dñe celestis gratie munus impartire: vt quibus beate marie virgis: partus extitit salutis exordiuz: natiuitatis eiꝰ votiua solēnitas pacis tribuat incrementum. p. **Epla.** Dominus possedit me. **Require in conceptioe eiusdē**

Grad. Propter veritatem. **Alla** **v.** Natiuitas gloriose virgis marie ex semine abrahe orta de tribu iuda: clara ex stirpe dauid. **Sequentia.**

Stirpe maria regia procreata regē generans ihesū. **Laude** digna angelorum sanctorū. **Et** nos pctōres tibi deuotos ituere benigna

Tu pios patrū mores ostētas in te: sz excell' eos dē. **Patris** tui salomōis in te lucet sophia. **Et** ezechie apud

deum correctū: sed nunq̄z in te corrumpenduz. Patris iosie adimpleuit te religiositas. Sūmi etiam patriarche te fides totaz posſedit pr̄is tui. Sed quid nos istos recensem⁹ heroas. Cum tu⁹ natus omnes pr̄cellat illos atqz cunctos per orbem. Nos hac die tibi gregatos serua virgo in lucem mundi qua prodisti paritura celorum lume **Euangeliū** Liber generationis ihesu xp̄i. **Require in ꝯceptiōe fo** cxxxix. **Offer.** Aue maria gratia. **Secrē** Unigeniti tui dñe nobis succurrat humanitas: vt qui nat⁹ de virgine matris integritatez non minuit sed sacrauit: in natiuitatis eius solēnijs a nostris nos piaculis exuēs: oblationē nostrā sibi faciat acceptam ihs xp̄s dñs noster. Qui tecum vi **Prefatio.** Et te in natiuitate. **Cō.** Diffusa est gratia. **Complenda.** Sumpsimus dñe celebritatis ānue votiua sacramēta: presta q̄sumus: vt intercedente beata dei genitrice maria temporalis vite nobis remedia prebeāt et eterne. Per eundem dominū **Eodē die adriani martyr̄ Introitus.** Letabitur iust⁹. **Oratio.** Adesto domine supplicationibus nostris: et intercessione beati adriani martyr̄ tui perpetuā nobis misericordiam benignus impende. per **Grad.** Domīe preuenisti. Alleluia ℣. Beatus vir qui timet d. **Offer** Gloria et honore. **Secr.** Oblatis domine placare muneribus: et intercedente btō adriano martyre tuo: a cūctis nos defende periculis. Per. **Cōm.** Posuisti domine. **Compleñ.** Celestibus refecti sacramentis: et gaudijs supplices te rogamus domīe: vt quorum gloriamur triumphis: protegamur auxilijs. per **De sancto corbiniano fiat officium sicut de sancto rudpto. Prothi et iacincti martyrū Introitus.** Judicant sancti. **Oratio** Beati prothi nos domine et iacincti foueat preciosa cōfessio: et pia iugiter intercessio tueatur. per. **Epistola.** Qui timet deuz. **Grad.** Uindica dñe Alla. ℣. Corpora sanctor̄. **Euāgl.** Cū audieritis. **Offer.** Gaudent **Secr.** Pro sanctorum prothi et iacincti cōmemoratione munera tibi domine que debem⁹ exoluimus: presta quesum⁹: vt remedium nobis perpetue salutis operentur. p. **Cōm.** Unia nostra. **Compleñ.** Ut percepta nos dñe tua sancta purificent: beati prothi et iacincti q̄sumus imploret oratio. per dominū. **In festo septez dormientium Introit⁹.** Judicant scti. **Oratio.** Deus qui gloriosos resurrectiōis tue precones septem dormientes maximianū malchuz martinianū dyonisiū iohānem serapionē et constantinuz magnifice decorasti: p̄sta quesumus: vt eorum precibus resurrectionez sanctam que in illis mirabiliter ostensa est consequamur. Qui vivis. **Secrē.** **et compl. de cōmuni martyrū.**

In festo exaltatiõis sctẽ crucis

NOs aũt gloziari . Introit⁹ oportet in cruce dñi nr̃i ihesu xp̃i in quo est salus vita ⁊ resurrectio nr̃a: per quẽ saluati ⁊ liberati sumus p̃s. Deus misereat nr̃i ⁊ benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos ⁊ misereatur nostri. Oratio.

DEus q̃ nos hodierna die exaltatõis sctẽ crucꝫ ãnua solẽnitate letificas p̃sta: vt cui⁹ misteriũ in terra cognouim⁹: eius redẽptionis p̃mia in celo ꝓsequi mereamur. ℙer. Epla. Hoc enĩ sentite. Regre in die palmarũ. Grad. X p̃s factus est pro nobis obediens vsqꝫ ad mortẽ: mortẽ aũt crucis. ℣. Propt̃ qd̃ ⁊ de⁹ exaltauit illum: et dedit illi nomẽ qd̃ est sup̃ omne nomẽ. Alla. ℣. Dulce lignum dulces clauos dulcia ferens pondera q̃ sola fuisti digna sustinere regem celoꝝ ⁊ hominũ. Sequẽtia

LAudes crucis extollam⁹ nos q̃ crucis exultam⁹ speciali gla Dulce melos tangat celos dulce lignum dulci dignũ canim⁹ melodia. Doci vita non discordet dum vox vitã nõ remordet dulcis est simphonia. Serui crucis crucẽ laudant q̃ p̃ crucẽ sibi gaudẽt vite dari munera. Dicant oẽs ⁊ dicant singuli aue sal⁹ toti⁹ seculi arbor salutifera. O q̃z felix q̃z p̃clara fuit hec salutꝫ ara rubẽs agni sanguine. Agni sine macula q̃ mundauit secula ab antiquo crimĩe. Hec est scala peccatoꝝ per quã xp̃s rex celorum ad se traxit oĩa. Horma cuius hec ostendit q̃ terrarũ comprehendit q̃tuor ꝓfinia. Non sũt noua sacramenta nec recenter est inuenta crucis hec religio. Ista dulces aq̃s fecit p̃ hanc silex aq̃s iecit moysi officio. Nulla sal⁹ est in domo nisi cruce muniat homo super limiaria. Neq; sensit gla diũ nec amisit filiuꝫ q̃squis egit talia. Signa legens in sarepta spẽ salutis ẽ adepta paup mulierc̃la Sine linguis fidei nec lechitus olei valet nec farinula. In scripturꝫ sub figuris ista latent sed iã patẽt crucis beneficia. Reges credũt hostes cedũt sola cruce xp̃o duce pauci fugãt milia. Roma naues vniuersas i ꝓfundo vidit mersas vna cũ maxẽcio Arisi traces cesi perse cedit partis dux a duerse vict⁹ ab heracio. Ista suos fortiores semp̃ facit ⁊ victores: morbos sanat ⁊ languores reprimit demonia. Oat captiuis libertatem vite confert nouitatẽ ad antiquã dignitatẽ crux reduxit omnia. O crux lignũ triũphale mõi vera salus vale inter ligna nullũ tale frõ de floze germine. Medicia xp̃iana salua sanos egros sana q̃d nõ valet vis humana fit in tuo nomĩe. Assistentes crucis laudi ꝓsecratoz crucis audi atqꝫ seruos tue crucis post hanc vitaꝫ vere lucis transfer ad pallacia. Et quos crucẽ vis subire fac tozmẽta non sentire: sed cum dies erit ire nobis ꝓfer ⁊ largire sempiterna gaudia.

Scom̃ Johãnem. xij. capitul.

IN illo tpe. dixit ihs turbis iudeoꝝ. Ego si exaltatus fuero a terra: oĩa trahã ad meipsum. Hoc aũt dicebat significans qua morte eẽt moritur⁹ Rñdit ei turba. Nos audiuim⁹ ex lege: qa xp̃s manet ineternũ et quomodo tu dicis: oportet

exaltari filium hominis? Quis est iste filius hois? Dixit ergo eis ihs. Adhuc modicū lumen in vobis est. Ambulate dum lucē habetis: vt nō tenebre vos cōprehēdāt. Et qui ambulat in tenebris: nescit quo vadat: dū lucē habetis: credite in lucem vt filij lucis sitis. **vel euangelium** Erat homo ex phariseis. **Reqre in festo inuentionis sctē crucis.** Credo. **Offer.** Protege dñe hec oblatio qs dñe **Secre.** ab oibus nos purget offensis q̄ in ara crucis immolata etiā totius mūdi tulit offensam. ℣er. **Cōm.** Nos aūt gloriari oportet in cruce dñi nri ihesu xpi. **Compleñ** Refecti cibo potuq; celesti qs ops deus vt nos ab hostiū defendas formidine: quos redemisti pcioso sanguīe filij tui domini nri ihu xpi Qui tecū. **Cornelij & cipriani martyrū Introitus.** Salus aūt. **Ōro.** Afirmitatē nram qs dñe ppicius respice & mala oia que iuste meremur sctōr tuor cornelij & cipriani intercessiōe placatus auerte. ℣er. **Epla.** Lingua sapiē. **Grā.** Justor aie. Alla. Exultēt in. **Euāge.** Ue vobis q edificatis. **Reqrē cōi plimorū martyrum. Offert.** Mirabilis. Plebis tue dñe mune **Secre.** ra benignus intēde: q̄ maiestati tue p̄ sanctor martyrū tuorū cornelij & cipiani solēnitate sūt dicāda. ℣er. **Cōmu.** Justor aie. Quesumus ops deus salu- **Cōpl.** taris repleti misteriis vt quor solēnia celebrem⁹: eor oronibus adiuuemur. ℣er. **In octaua beate virginis oia vt in die. Lucie Eufemie & Geminiani martyr Introit⁹.** Sapiaz sctōr Resta qs dñe pcibus Ōro nostris cū exultatione p̄fectū: vt quor diē passiōis annua deuotione recolim⁹: etiaz fidei cōstantiā subsequamur. p̄ **Grad.** Justor aie. Alla. Justi aūt **Offr.** Gliabunt. **Secr.** Uota ppli tui dñe ppiciat⁹ intende: & quor nos tribuis solēnia celebrare fac gaudere suffragijs **Cōmu.** Justor aie. **Cōpleñ.** Exaudi dñe pces nostras & sancto rū tuor quor solēnia celebramus foueamur auxilijs. ℣er. **Lamperti cōfessoris Ōro.** Deus q̄ nobis salutarē hodierna die in bti lamperti martyris tui atq; pōtificis festiuitate dedisti leticiā p̄sta qs vt & cōuersationis ei⁹ experiamur insignia: & intercessiōe ei⁹ placita tibi mente iugiter famulemur. ℣er. **Secre.** Sicut admunera abel dñe de⁹ vultu placido respexisti: ita qs sacrificia ista tibi sint placabilia vt beati lamperti martyris tui atq; pōtificis digne p̄gam⁹ votiua solēnia. ℣er. **Cōplē.** Sicut dedisti dñe māna in deserto: munere gratuito immeritis & ingratis ita & nobis pcibus beati lampti martyris tui atq; pontificis tribue cibum salutis eterne. ℣er. **In festo sctāz virginū ac martyrū eufemie dorothee tecle &**

erasme Introitus.

Audeamus oēs in dño diē festuz celebrātes in ho/nore sctāz martyrū de cui⁹ passi one gaudent angeli ⁊ collaudant filiū dei ps. Exultate iusti in dño rectos decet collaudatio. **Oro imediate sequēs cōpetit solū ipsi festo ⁊ vsqz ad**

DEus q̄ sanctā no/bis hui⁹ diei solēnitatē p beataz virginū ac martyz tuarum eufemie dorothee tecle ⁊ erasme gloriosa passione dedi tu adesto familie tue pcib⁹ ⁊ da vt quaz merita veneramur earū oronib⁹ adiuuemur. Per. **Alia oro cōis q̄ quolibet tpe di**

OMnipotēs sempiter cie ne de⁹ ppiciare nobis famulis tuis p beataz virginū ac martyrū tuarū eufemie dorothee tecle ⁊ erasme quarū corpora in pīti requiescunt ecclia merita gloriosa: vt earū pia intercessione ab oib⁹ ptegamur aduersis ⁊ celestib⁹ muniamur auxilijs. p. **Grad.** Gloriosus de⁹ Alla. Alleluia. **Tegntia.** Agone triūphali. **Offerto.** Offerent. **Secr. p ambab⁹ collectz.** Oblata munera q̄s dñe ita serena pietate intuere vt sctis pūs pfundant bñdictiōe ⁊ nris cordib⁹ eā dilectionē infundant p quā sctārū virginū ac martyz tuarū cōstātia oia corpis deuicit tormēta. p. **Cōm.** Quiqz pru/dentes. **Cōplē.** Sumpsim⁹ dñe in sanctaz virginū martyrūqz tuaruz solēnitate celestia sacramēta quaz suffragiū nobis q̄s dñe largiaris: vt q̄ō tpaliter gerimm⁹ eternis gaudijs ꝓsequamur. Per. **Eustachij ⁊ sociorūz**

BEatissimoz ei⁹. Oro. nos q̄s dñe martyrū tuorū eustachij cū socijs suis venerāda passio tueat: vt sicut illos a ferarū morsib⁹ igniūqz cruciatib⁹ eruisti ita nos quoqz a spiritalibus bestijs norisqz incendijs liberare digneris. Per. Sit tibi pater op̄s hoc **Secr.** holocaustū sicut q̄ō tibi obtulit q̄ peccata nra in cruce ptulit ⁊ sancto eustachio cū socijs suis intercedēte ad tua sancta sumēda dignos ꝓparet. p. **Cōpl.** Sicut beat⁹ eustachi⁹ cū socijs suis dñe in celesti claritate pur⁹ rutilat sic sctā que sūpsim⁹ intercedētibus illis puros tibi nos efficiant. Per. **In vigilia mathei apli ⁊ euāgeliste Introitus.** Ego aūt sicut. **Oratio.**

DA q̄sum⁹ op̄s de⁹ vt beati mathei apli tui ⁊ euāgeliste quā puenim⁹ veneranda solēnitas: ⁊ deuotionē nobis augeat ⁊ salutē. Per. **Epla.** Beatus vir qui inuētus est sine. **cetera de cōi. Scōm lucā. v.**

IN illo tpe. Vidit ih̄s publicanū nōie leui sedentē ad theloneum: ⁊ ait illi. Sequere me. Et relictis oībus surgēs secutus est eū. Et fecit ei cōuiuiū magnū leui i domo sua: ⁊ erat

turba multa publicanoꝝ ⁊ alio rũ qui cũ illis erãt discũbentes Et murmurabãt pharisei ⁊ scribe eoꝝ dicentes ad discipulos eiꝰ. Quare cũ publicanis ⁊ peccatoribꝰ manducatis ⁊ bibitis? Et rñdẽs ihs dixit ad illos. Nõ egẽt qui sani sunt medico: sed qui male habent. Nõ eniꝫ veni vocare iustos: sed pctores ad penitẽtiã. Secre. Sacrandũ tibi dñe munꝰ offerimꝰ quo bti mathei apli tui ⁊ euãgeliste solẽnia recolẽtes purificationem quoq; nris mẽtibꝰ implorem? ꝑ. Per. Compleñ. Beati mathei apli tui ⁊ euãgeliste qs dñe supplicatõe placatꝰ intẽdet ⁊ veniã nobis tribue ⁊ remedia sempiterna. ꝑ. In die sctõ introitus. Os iusti meditabit. Oratio.

BEati mathei apli ⁊ euãgeliste dñe ꝓcibus adiuuemur: vt qõ possibilitas nra nõ obtinet: eius nobis intercessione donet. per. Epla. Unicuiq; nostrũ data est. Regre in vigilia ascẽsionis. Grad. Beatꝰ vir. Alla. Jã nõ estis. Seqna Plausu chorus letabũ. Scõm matheũ. in illo tpe. Vidit ihs hominẽ sedentẽ in theloneo matheũ nomine: ⁊ ait illi. Sequere me. Et surgẽs secutus est eũ Et factũ est discũbẽte eo in domo: ecce multi publicani ⁊ peccatores veniẽtes discũbebãt cũ ihesu: ⁊ discipuli eiꝰ: ⁊ vidẽtes pharisei dicebãt discipls eius. quare cũ publicanis ⁊ peccatoribꝰ mãducat mgr vr? At ihs audiẽs ait. Nõ est opus valentibus medicꝰ: sed male habentibus. Euntes aũt discite quid est misericordiã volo: ⁊ nõ sacrificiũ. Nõ enim veni vocare iustos sed peccatores. Credo. Offer. Juueni dauid. Secre. Suppli cationibꝰ aplicis beati mathei apli tui ⁊ euãgeliste qsumꝰ dñe ecclie tue commendet oblatio cuiꝰ magnificis ꝓdicationibus erudit. per. Prefatio de aplis. Cõmu. Magna est gloria. Cõpl. Perceptis dñe sacramẽtis beato matheo apl'o tuo ⁊ euãgelista interueniẽte depcamur: vt que ꝑ illius celebrata sunt gloria nobis ꝓficiant ad medelaꝫ ꝑ. Per. Dauricij ⁊ sociorꝝ Introitus. Judicãt sancti gentes. Ofo. ASsit nobis qsumus dñe beatorꝝ martyrũ tuorum mauricij ⁊ sociorꝝ eiꝰ sancta ꝓcatio: que nos ⁊ a terrenis affectibus incessabiliter expediat ⁊ celestia semp desiderare ꝓficiat. ꝑ. Per. Epla. Respondit vnus. Require in cõi. Grad. Exultabũt. Alla. Hec est vera fraternitas. Euãgeliũ. Cũ audierit. Offer. Alia nostra. Secre. Suscipe domine sacrificiũ placatiõis ⁊ laudis qõ nos interueniẽtibꝰ sanctis tuis offerimꝰ ⁊ ad veniaꝫ ꝓducat ⁊ in ꝑpetuã gratiarum actionẽ cõstituat. ꝑ. Per. Cõmu. Dico aũt vobis. Compl. Quesumus dñe deꝰ noster vt interuenientibꝰ sanctis tuis sacrosctã misteria que sumpsimus fide ⁊ actione subsequamur. ꝑ. Per.

Rudberti ꝯfessoris ⁊ epi Ofo.

PRopiciare qs dñe nobis famulis tnis ꝑ bti rudberti ꝯfessoris tui atq; pōtificis merita gloriosa vt eiꝰ pia intercessione ab oībus ꝓtegamur adversis. ℘er. Secr. Suscipiat clemētia tua dñe deꝰ qs de manibꝰ nr̄is munꝰ oblatū: vt per huius sancti cōfessoris tui atq; pōtificis rudberti ītercessiōez ab oībus nos emundet peccatis. ℘er. Cōpl. Diuina libātes misteria q̄ꝓ sancti confessoris tui atq; pōtificꝫ rudberti veneratiōe tue obtulimꝰ maiestati ꝑ sta qs dñe vt ꝑ ea veniā mereamur peccatoꝝ ⁊ celestꝫ gr̄e donis reficiamur. ꝑ. In octaua q̄ tuoꝝ virginū fit vt in die supra In festo cosme ⁊ damiani martyrū Introitꝰ. Sapiētiā sctōrum

ADesto nobis dñe Ofō sctōꝝ martyrum tuoꝝ cosme ⁊ damiani intercessiōe placatus: ⁊ quos pati ꝓ tuo noīe tribuisti: fac tuis fidelibꝰ suffragari. per. Epla. Qui timet deū Grad. Clamauerunt. Alla. Justi epulēt. Euāgeliū. Descēdēs ihs de mon. Offerto. Gloriabunt. Sanctoꝝ tuoꝝ dñe no- Secr. bis pia non desit oratio: que ⁊ munera nr̄a tibi cōciliet ⁊ tuaz nobis indulgētiā semꝑ obtineat. per. Cōm. ℘osuerūt mortalia. Protegat qs dñe po- Cōpleñ. pulū tuū ⁊ participatio celestis indulta cōuiuij ⁊ depcatio collata sanctoꝝ. ℘er. Michaelis archangeli Introitus.

BEnedicite dño omnes angeli eius potentes virtutes qui facitis verbū eius ad audiendā vocem sermonū eius. ꝑ. Benedic aīa mea domino ⁊ omnia que intra me sunt nomini sancto eius. Oratio

DEus qui miro ordine angelorꝫ ministeria hominūq; dispensas: cōcede propicius vt a quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur: ab his in terra vita nostra muniat̄. ℘er. Lectio libri apoca- Eclipsis beati iohis apli. xij.

IN diebus illis. Factū est ꝓlium magnū in celo: michael ⁊ angeli eius preliabant̄ cuz draco ne: ⁊ draco pugnabat ⁊ angeli eius ⁊ non valuerūt: neq; locus inuentus est eorum amplius in celo. Et proiectus est draco ille magnus: serpens antiquus: qui vocatur diabolus: ⁊ sathanas qui seducit vniuersum orbez: proiectus est in terram: ⁊ angeli eius cum eo missi sunt. Et audiui vocem magnam de celo dicentem. Nunc facta est salus ⁊ virtus ⁊ regnū dei nostri ⁊ potestas christi eiꝰ quia ꝓiectus est accusator fratrum nostroruz: qui accusabat illos ante conspectū dei nr̄i die ac nocte. Et ipsi vicerunt illuz propter sanguinez agni: ⁊ propter verbū testimonij sui: ⁊ nō dilexerūt animas suas vsq; ad mortē. ℘ropterea letamini celi ⁊ qui habitatis in eis. Grad.

Benedicite dño oēs angeli ei⁹ potentes virtutes qui facitis verbū ei⁹ ℣. Benedic aia mea dño ꝛ oīa interiora mea nomē sanctū eius. Alla ℣. Cōcussum est mare ꝛ cōtremuit terra vbi archāgelus michael descēdebat de celo. Sequentia.

AD celebres rex celice laudes cūcta. Pangat canora catervna symphonia. Odas atqz soluat cōcio tibi nostra. Cū iam renouant mihaelis inclyta valde festa. Per que letabunda poznat machina mūdi tota. Nonies distincta pneumatū sunt agmina p te facta. Sed cuz vis facis hec flamea p angelicas officinas. Inter primeua sunt hec nā creata tua cū simus nos vltima factura sed imago tua Theologica cathegorizant symbola nobis hec ter tripartita p priuata officia. Plebs angelica phalanx ꝛ archangelica principans turma virtus vranica ac potestas almiuoma. Dominātia numina diuinaqz subsellia cherubin ethrea ac seraphin ignicoma Vos o michael celi satrapa gabrielqz vera dās verbi nūcia Atqz raphael vite vernula trāsferte nos intra paradisicolas. Per vos patris cūcta cōplent mādata que dat eius dē sophia compar quoqz pneuma vna pmanēs in usia cui estis administrantia deo milia miliū sacra. Vices p bis quinas bis atqz quingenta vestra centena millena assistūt in aula ad quem rex ouē centesimā verbigena dragmāqz decimā vestra duxit ad algamatha Vos p ethra nos p rura terrea ps electa armonie vota demus hinc p liricas cytharas. Quo post bella michaelis inclita nostra deo sint accepta aureā super aram thimiamata. Quo inchoeua iam gloria. Vnde cantemus alla. Scōm Matheū

IN illo tpe. Accesserūt discipuli ad ihm dicentes. Quis putas maior est in regno celoz: Et aduocās ihesus paruulū: statuit eū in medio eorū ꝛ dixit. Amen dico vobis: nisi cōuersi fueritis ꝛ efficiamini sicut paruuli nō intrabitis in regnū celoz. Quicūqz ergō humiliauerit se sicut paruul⁹ iste: hic maior est in regno celoz: ꝛ qui susceperit vnū paruulū talem in noīe meo me suscipit. Qui aūt scāndalizauerit vnū de pusillis istis qui in me credunt expedit ei vt suspendat mola asinaria in collo eius: ꝛ demergat in pfundū maris. Ve mundo a scandalis: Necesse est enī vt veniant scandala: verūtamen ve homini p quē scandalū venit. Si aūt manus tua vel pes tu⁹ scāndalizat te: abscide eū ꝛ proice abs te. Bonū est tibi ad vitā ingredi debilem vel claudum q̄z duas manus vel duos pedes habentē mitti in ignē eternū Et si oculus tuus scāndalizat te: erue eū ꝛ proice abs te. Bonus est tibi vnū oculū habētē in vitaz intrare: q̄z duos oculos habentē mitti in gehennaz ignis. Videte ne condēnatis vnū ex his pusillis: dico enī vobis: qz angeli eorū in celis semp vidēt faciē patris mei qui in celis est. Credo. Offert. Stetit angelus

iuxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua & data sūt ei incensa multa & ascendit fum⁹ aromatū in conspectu dei alla. Secr. Hostias tibi dñe laudis offerimus suppliciter deprecantes: vt easdem p nobis angelico interueniēte suffragio & placatus accipias: & ad salutē nostrā prouenire concedas. ℘ Dñm. Cōmu. Bñdicite oēs angeli dñi dño hymnū dicite & superexultate eū in secula. Complē. Beati archangeli tui mihaelis intercessiōe sustul ti supplices te dñe deprecamur: vt quos honore prosequimur cōtingamus & mente. ℘ Dñm. Jeronymi p̄sbyteri Introit⁹ Os DEus qui iusti. Oratio. Dnobis per beatū ieronymū confessorē tuū scripture sacre mistica sacramenta reuelare dignatus es cōcede ppicius vt cuius natalicia colimus eius semp erudiamur doctrinis et meritis adiuuemur. ℘ Dñm. Epla. Sapientiā oim. vel. Sapiētia laudabit aiam.. Grad. Os iusti meditabit. Alla. Serue bone. Sequentia de cōi cōfessor. Euangeliū. Vos estis sal ter. Offer. Desiderium. Secre. Accepta sit in conspectu tuo dñe nostra deuotio: & nobis fiat eius supplicatione salutaris pro cuius solēnitate defert. ℘ Dñm. Cōmu. Fidelis seruus. Compl. Repleti alimonia celesti q̄sumus dñe vt interueniēte beato ieronymo cōfessore tuo misericordie tue gratiā cōsequi mereamur. ℘ Dñm. Remigij germani & vedasti antistitū Introitus. Statuit Axaudi ei dñs. Oratio. Adomine populum tuum & sanctor tuorum remigij germani & vedasti antistitum solēnia celebrantem: & temporalis vite nos tribue pace gaudere: & eternum reperire subsidium ℘ Dñm nrm. Epistola. Omnis pontifex. Grad. Jurauit dominus. Alleluia. Elegit te. Euāgeliū. Sint lumbi vestri. Offert. Veritas mea. Secreta. Preces nostras quesumus domine et tuorum propicius respice oblationes fidelium: vt tibi grate sint in tuorum festiuitate sanctorum: & nobis conferant tue propiciationis auxilium. ℘ Dñm. Cōmu. Fidelis seruus. Compl. Refecti sacramenti reparationis humane: presta quesumus domine vt p ea que nobis munere celesti prebere dignatus es: per hec eadem nobis tribuas inherere donis celestibus. ℘ Dñm nrm. Francisci confessoris Introitus. Os iusti meditabitur. Oratio. DEus qui ecclesiam tuam beati francisci meritis fetu noue prolis amplificas tribue nobis ex eius imitatione terrena despicere: & celestiū donorum semp participatiōe gaudere. p. Frēs: Ad galathas. vj. mihi aūt absit gl̄iari nisi i cruce dñi nri ihu xpi p quē mihi mundus crucifixus est & ego mundo. In christo enim ihesu neq; circūcisio aliquid valet neq; ppuciū: sed noua creatura. &

quicũqꝫ hanc regulã secuti fuerint pax ⁊ miscdia dei sup isrl. Decetero nemo mihi molestꝰ sit. Ego eñ stigmata dñi ihu i corpe meo porto. Gratia dñi nostri ihu xpi cũ spũ vro amẽ. Grad. Dñe preueniſti. Alla. O patriarcha pauperũ frãcisce tuis pcibus auge tuoꝝ numerũ in caritate xpi quos cocellatis manibꝰ excutiẽs vt moriens iacob bñ dixisti. Sequtia de simplici cõfessore. Euangeliũ. Cõfitebor tibi pater. Regre in cõi. Offer. Desideriũ aie. Munera tibi dñe dica Secreta sctifica: ⁊ intercedẽte btõ frãcisco corda nostra ab oi culparũ labe purifica.p. Cõm. Posuisti dñe. Compl. Ecclesiam tuaz qs dñe celestis gre munus amplificet quã bti francisci illuminare voluisti gloriosis meritis ⁊ exemplis. Per. Fidis virginis ⁊ martyris p totũ vt in cõi de virgine ⁊ martyre In festo sancti marci pape Introitus

Statuit ei dñs. Oratio. Exaudi dñe pces nras et interueniẽte btõ marco pfessore tuo atqꝫ põtifice supplicationes nras placatꝰ intẽde. Per. Epla. Plures facti sũt. vti cõi. Grad. Inueni dauid. Alla. Jurauit dñs. Sequẽtia de cõi põtificũ. Euangeliũ. Hõ qdã pegre. Offer. Veritas mea. Secr. Accepta sit tibi dñe sacrate plebis oblatio p tuoꝝ honore sctõrũ quoꝝ se meritis pcepisse de tribulatione cognoscit auxiliũ. p. Cõmu. Magna est gloria. Cõplẽ

Da qs dñe fidelibꝰ pplis sctõrũ tuoꝝ semp veneratione letari: ⁊ eoꝝ ppetua supplicatiõe muniri. p. Dyonisij ⁊ sociorũz eiꝰ introitꝰ Timete dñm. Oro.

Deus q hodierna die beatũ dionysiũ martyrẽ tuũ virtute constãtie i passione roborasti: quiqꝫ illi ad pdicãdũ gẽtibꝰ gloriã tuã rusticũ ⁊ eleutherũ sociare dignatus es: tribue nobis qs ex eoꝝ imitatione p amore tuo pspera mũdi despicere: ⁊ nulla eiꝰ aduersa formidare. p. Epla Benedictus deꝰ ⁊ pater. Euangeliũ Si qs vult Hostias qs dñe quas Secre. sanctoꝝ tuoꝝ dionysij rustici ⁊ eleutherij natalicia recẽsentes offerimꝰ: ⁊ vincula nre prauitatis absoluãt ⁊ tue nobis misericordie dona cõciliẽt. p. Cõpl. Quesumꝰ ops deus vt q celestia alimẽta pcepimꝰ intercedẽtibꝰ sanctis martyribꝰ tuis dionisio rustico ⁊ eleutherio per hec contra oia aduersa muniamur. p. Gereonis ⁊ socioꝝ eiꝰ Introitꝰ. Sapiam sctõꝝ. Oro.

Presta qsumꝰ ops deꝰ vt sicut populꝰ xpianꝰ martyrũ tuoꝝ gereonis socioꝝũqꝫ eiꝰ tpali solẽnitate congaudet: ita pfruat eterna: ⁊ quod votis celebrat pio effectu comphendat. p. Epla Spectaculũ facti. Grad. Exultabũt scti. Alla. Corpora sanctoꝝ. Sequentia Agone triũphali. Euãgeliũ. Cũ plequẽt Offer. Letamini in. Secr. Hec hostia qs dñe soleniter imolan

da ꝑ tuo ꝛ cõmemoratiõe sctõ, rũ cõscientias nostras emũdet semper ꝛ ꝓtegat. ℙer. Lõmu. Justo ꝛ a ie. Lopie. Quesumus oꝑs deus: vt q celestia aliméta ꝓcepim⁹ intercedẽtibus sanct⁊ martyrib⁹ tuis ꝑ hec cõtra oia aduersa muniamur. ꝑ. Lalixti pape ꝛ martyris hat vt de sctõ Dmarco papa. Oratio.

DEus qui cõspicis ex nr̃a i firmitate nos deficere ad amo rem tuũ nos misericorditer ꝑ sancto ꝛ tuo ꝛ exempla restaura. ℙer. Secr̃. Mystica nobis ꝓsit dñe oblatio q̃ nos ꝛ a reati bus nostris expediat ꝛ ꝑpetua saluatione confirmet. ꝑ. Lõpt. Quesum⁹ oꝑs de⁹: vt reatum nostru⁊ munera sacrata purifi cent: ꝛ recte viuẽdi: nobis ope rent̃ effectu⁊. ꝑ. Galli abbatis Introit⁹. Just⁹ vt palma. Oro.

OOncede q̃s oꝑs deus vt sicut beati galli cõfessoris tui solẽnia agim⁹: sic ad tua be neficia ꝓmerenda maiestatem tuã ipse ꝑ nobis ꝓueniat. ℙer Epla. Dilectus deo ꝛ hoibus. Grad. Dñe ꝓueni sti. Alla Justus vt palma. Sequẽtia. Dilect⁹ deo. Euangeliũ. Facilius est came lũ. Regre supra marci euãgeli ste. Offer̃. ℙosuisti dñe. Secre Hostias dñe quas nomini tuo sacrãdas deferim⁹ scti galli cõ fessoris tui ꝓsequat̃ oratio per quã nos expiari tribuis ꝛ defen di. ꝑ. Lõm. Fidelis seruus. Lõpi Repleti dñe bñdictione cele sti q̃s clementiã tuã vt interce dẽte beato gallo cõfessore tuo q̃ humiliter gerimus salubriter sentiam⁹. ꝑ. Luce euãgeliste in troitus. Os iusti medi. Oratio.

PAteat ꝓ nobis q̃s dñe sanct⁹ tuus lucas euã gelista qui crucis mortificatio, nẽ iugiter in suo corpore ꝑ tui nois honore portauit. ꝑ. Epla Similitudo vult⁹. Grad. Os iusti meditabit̃. Alla. Celi enarrãt. Sequẽtia ℙlausu chorus. Euã geliũ. Convocatis ihesus disci pulis suis. Regre quinta feria post pentb. Offer̃. Desiderium aie. Secr̃. Oa q̃s oꝑs deus: vt munera q̃ sacramus interueni ente btõ luca euangelista tuo ꝛ medelã nobis operet̃ ꝛ gloriã. Lõm. Magna est. Compt. Pre sta q̃s oꝑs deus vt id quod de sancto altari tuo ꝓcepimus ꝑ cib⁹ beate euangeliste tui luce animas nostras ꝛ corpora no stra sanctificet. ꝑ. Undeci mi liũ virginũ ꝛ martyꝝ introit⁹ Gaudeamus. ꝑs. Exultate iusti.

DA nobis dñe de⁹ Oro. noster sanctarũ virginũ ac martyrũ tuaꝝ palmas inces sabili deuotione venerari: vt quas digna mẽte celebrare nõ possum⁹ humilibus saltem fre quentemus obsequijs. ℙer. Epla. Sancti per fidẽ. Grad. Gloriosus deus. Alla. Adducent̃. Sequẽtia de cõmuni martyꝝ Euangelium. Cum audieritis. Offertor̃. Offerentur. Secreta Suscipe quesum⁹ dñe ob ho norẽ sanctarũ virginũ ac mar-

tyrū tuaꝝ munus oblatū ⁊ qđ nostris meritis nō valem⁹ earū intercessionib⁹ largire supplicibus. Cōm. Quinqꝫ prudentes. Compleū. Sacramētis qs dñe muniamur acceptis ⁊ sanctarū martyrū tuarus intercessione cōtra oēs nequicias irruentes armis celestibus ꝓtegamur.ꝑ. In vigilia symonis et iude Introitus. Intret in cōspectu. Oro. Oncede qs ops de⁹: vt sicut apl̄orū tuoꝝ symonis ⁊ iude gloriosa natalicia ꝓuenim⁹ sic ad tua beneficia ꝓmerēda maiestatē tuā ꝑ nobis ipsi ꝓueniāt.ꝑ. Epla. Justorum aie. Grad. Clin dica. Euāgeliū. Ego sum vitis vera Offer. Exultabunt. Secr. Muneribꝰ nr̄is dñe apl̄oꝝ tuoꝝ symonis ⁊ iude festa ꝓcedētes q̄ sum⁹: vt q̄ cōsciētie nr̄e ꝓpediunt obstaculis: illoꝝ meritis tibi grata reddant.ꝑ. Cōmu. Justoꝝ aie. Compl. Sumptis dñe sacramentis suppliciter depca mur vt intercedētibus sanctis apl̄is tuis qđ tpaliter gerimus ad vitā capiam⁹ eternā.ꝑ. In die sctō introit⁹ Mihi aūt. Oro Deus q nos ꝑ btōs apl̄os tuos symonē ⁊ iudaꝫ ad agnitionē tui nois venire tribuisti: da nobis eoꝝ gloriā sempiternā ⁊ ꝓficiēdo celebrare: ⁊ celebrādo proficere. per. Epla Scimus qm̄ dili. Grad. Mimis hono. Alla. Non vos me elegistis. Seqn. Clare sctōꝝ. Euāg. Hoc est preceptū. Credo. Offer. In oē m terrā. Sec. Gloriā tibi dñe sanctoꝝ apl̄oꝝ tuoꝝ ꝓpetuam recensentes memoriā q̄sumus vt eandē sacris misteriis expiati dignius celebremus: Per. Cōm. Vos qui secuti. Compleū. Perceptis dñe sacramēt̄ suppliciter exoram⁹: vt intercedētibus beatis apl̄is tuis que pro illoꝝ venerāda gerim⁹ passione: nobis ꝓficiant ad medelaꝫ Per. Wuolfgangi epi oro ad placitū Omnipotēs sempiterne de⁹ qui populo tuo btm̄ vuolfgangū cōfessorē tuū atqꝫ pōtificem ad eterne salutis misterium cōstituisti: presta quesumus: vt quē doctorē vite habuimus in terris intercessorez apud te semꝑ habere mereamur in celis.ꝑ. Secreta Has hostias q̄sumus domine quas maiestati tue consecrandas offerim⁹ interueniēte beato vuolfgango cōfessore tuo atqꝫ pōtifice ad perpetuā atqꝫ presentez fac nobis venire salutem. Per. Compleū. Sacramēta salutis nr̄e suscipiētes qs misericors de⁹: vt btī vuolfgāgi cōfessoris tui atqꝫ pontificis nos vbiqꝫ oro adiuuet: in cui⁹ veneratiōe hec tue obtulim⁹ maiestati. Per. In vigilia omnū sctoꝝ introit⁹. Timete dñm Dominē de⁹ noster Oro multiplica sup nos gr̄az tuā ⁊ quoꝝ ꝓuenim⁹ gliosa solēnia tribue subseq i ictā ꝓfessione leticiā.ꝑ. Lectio libri apoc beati iohānis apostoli. v. cap.

IN diebꝰ illis. Ecce ego iohānes vidi in medio throni ⁊ quatuor aialiū ⁊ in medio seniorꝫ: agnū stantē tāq̄ occisū habentē cornua septē ⁊ oculos septē: qui sunt septem spūs dei missi in oēm terraz. Et venit ⁊ accepit de dextera sedentis in throno librū. Et cuz aperuisset librū quatuor aialia ⁊ viginti q̄tuor seniores ceciderūt coram agno hītes singuli cytharas ⁊ phialas aureas plenas odoramētorꝫ que sunt orationes sanctorꝫ. Et cantabāt cāticū nouū dicentes. Dignꝰ es dñe accipe librū: ⁊ aperire signacula eius: qm̄ occisus es ⁊ redemisti nos deo ī sanguine tuo: ex oi tribu ⁊ lingua ⁊ ppło ⁊ natione: ⁊ fecisti nos deo nostro regnū ⁊ sacerdotes: ⁊ regnabimꝰ iup terrā. Et vidi ⁊ audiui vocē angelorꝫ multorꝫ in circuitu throni ⁊ aialū ⁊ seniorꝫ. Et erat numerus eorꝫ milia miliū: voce magna dicentiū. Dignꝰ est agnus qui occisus est accipere virtutem ⁊ diuinitatē ⁊ sapiētiā ⁊ fortitudinē ⁊ honorē ⁊ gloriā ⁊ benedictionē in secula seculorūz. Amen. **Grad.** Exultabūt sancti. **Euāgeliū.** Descendēs iheſus. **Offert.** Mirabilis. **Secre.** Altare tuū dñe deꝰ muneribꝰ cumulamus oblatis: da q̄sumus: vt ad salutē nostrā omniū sctōrū tuorꝫ p̄catiōe ꝓficiāt: quorꝫ solēnia ventura p̄uenimus. p. **Cōmu.** Justorꝫ aie. **Cōpleñ.** Sacramentis dñe ⁊ gaudijs opta te celebritatis repleti q̄sumus vt eorꝫ p̄cibꝰ adiuuemur: quorū recordationibꝰ exhibent̄. p.

In die sancto Introitus.



Laudeamus oēs in dño diez festū celebrātes in honore sanctorꝫ omniū de quorꝫ solēnitate gaudēt angeli ⁊ collaudāt filiū dei. ℣ Exultate iusti in dño rectos decet collaudatio. Gloria in ex. **Oratio.** Omnipotens sempiterne deus: q̄ nos omniū sctōrū tuorꝫ merita sub vna tribuisti celebritate venerari q̄sumus vt desiderata nobis tue ꝓpiciationis abundātiam: multiplicatis intercessoribꝰ largiaris. per **Lectio libri apocalipsis bti iohannis apli.** IN diebꝰ illis. Ecce ego iohānes vidi alterū angelū ascendentē ab ortu solis habentē signū dei vivi: ⁊ clamabat voce magna quatuor angelis: quibꝰ datū est nocere terre ⁊ mari dicens. Nolite nocere terre ⁊ mari: neq̄ arboribus: quoadusq̄ signemus seruos dei nostri in frōtibꝰ eorū. Et audiui numerū signatorū centū quadraginta quatuor milia signati ex omni tribu filiorū isrl. Ex tribu iuda: duodecim milia signati. Ex tribu ruben: duodecim milia signati. Ex tribu gad: duodecim milia signati. Ex tribu aser: duodecim milia signati. Ex tribu neptalim:

℣ Tradiderunt corpora sua ꝓpter deum ad supplicia: ideo coronant & accipiunt palmā. Alleluia. ℣. Laudate dominū in sanctꝫ eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

De pluribus martyrib⁹ sc̃ā.

Agone triumphali militū regis sūmi dies iste celebris est populis christo regi credul. Hi delectamentum respuerāt mundanorū Et crucem tunc turpez quotidie baiularunt. Hos nullius feritas a xp̃o separat. Quin ad eum mortib⁹ millenis properent. Non carcer vllus aut cathena molliūt fortia in christo pectora. Sed nec ferarum morsus diri martyrum solidum excauāt animum. Non īminens capiti gladius territat. Fortissimos milites optimi domini. Nunc manu dei cōplexi persequentū insultant furorib⁹ quondam crudelibus. Et plebi christi solamen suppeditāt in cunctis laborib⁹ lubrici seculi. Vos christi martyres Nos valde fragiles. Precib⁹ nos iusto iudici finceris iugiter cōmendare curate.

Alia sequentia.

O Beata beatorum martyrum solēnia. O deuote recolenda victorum certamina. Digni dignis fulgent signis et florent virtutibus. Illos semper condecenter venere/mur laudib⁹ Fide voto corde toto adhęserunt domīo. Et inuicti sunt addicti attroci martyrio. Carcerati trucidati tormentorūz genera. Igne lesi ferro cesi pertulerunt plurima Dum sic torti cedunt morti carnis per interitū: vt electi sunt adepti beatorū premia. Per contemptū mundanorum et per bella fortia meruerunt angelorum victores consortia. Ergo facti cohęredes christo in celestibus. Apud ipsum vota nostra promouete precibus. Vt post huius finē vite & post transitoria. In perhęnni mereamur exultari gloria.

Scōm Matheum. v. capitulo

In illo tpe. Videns ihesus turbas: ascendit in montē Et cum sedisset: accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiēs os suum: docebat eos dicens. Beati paupes spiritu: quoniā ipsorum est regnum celorum. Beati mites: quoniā ipsi possidebunt terrā. Beati qui lugēt: quoniā ipsi cōsolabunt. Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiaz: quoniā ipsi saturabunt. Beati misericordes: quoniā ipsi misericordiam consequentur. Beati mūdo corde: quoniaz ipsi deū videbunt. Beati pacifici: qm filij dei vocabuntur Beati qui persecutionē patiunt propter iusticiam: quoniaz ipsorum est regnum celorū. Beati estis cū maledixerint vobis homines: & persecuti vos fuerint: & dixerint oñe malū aduersum vos

mentientes propter me. Gaudete & exultate: quoniam merces vestra copiosa est in celis.

Scom Lucam. xxj. capitulo.

In illo tpe. dixit ihesus discipulis suis. Cū audieritis plia & seditiones: nolite terreri oportet pmū hec fieri: sed nondū statī finis. Tūc dicebat illis Surget gens contra gentez: & regnum aduersus regnū: & terremotus magni erūt per loca: & pestilētie: & fames: terroresq; de celo et signa magna erunt. Sed ante hec omnia inijcient vobis manꝰ suas: et psequentur tradētes in synagogas & custodias: trahentes ad reges & presides propter nomen meum. Continget autē vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris non premeditari quemadmodū respondeatis. Ego enī dabo vobis os & sapientiam: cui non poterunt resistere & contradicere oēs aduersarij vestri. Trademini autem a parentibus & fratribus et cognatis & amicis: & morte afficiēt ex vobis. Et eritis odio oībus hoībus propter nomen meū. Et capillꝰ de capite vestro nō peribit. In patientia vra possidebitis animas vestras.

Scom Marcum. xiij. capitulo

In illo tpe. Egrediēte ihū de templo: ait illi vnus ex discipulis suis. Magister respice qles lapides: et qles structure. Et respondens ihesus: ait illi. Vides has oēs magnas edificationes. Non relinqtur lapis super lapidē qui non destruat. Et cū sederet in mōte oliuaruz contra templū: interrogabant eum separatim petrus & iacobus & iohānes & andreas. Dic nob quando ista fient: & qd signum erit quādo hec omnia incipiēt psūmari. Et respondens ihs: cepit dicere illis. Videte: ne qs vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicētes. Quia ego sum: & multos seducent. Cum autē audieritis bella & opiniones bellorū: ne timueritis. Oportet enim hec fieri: sed nondū finis. Exurget enim gens contra gentez: & regnum super regnum: et erunt terremotus per loca: & fames inicium dolorum hec. Videte aūt vosmetipsos. Tradent enim vos in concilijs: & in synagogis vapulabitis. Et ante reges & presides stabitis propter me: in testimonium illis. Et in omnes gentes primuz oportet predicari euangelium. Et cum duxerint vos tradentes: nolite precogitare quid loquamini: sed quod datū vobis fuerit: in illa hora id loquamini. Non enim vos estis loquentes: sed spūs sanctus. Tradet autem frater fratrem in mortē: & pater filiū: & insurgent filij in parentes: et morte afficient eos. Et eritis odio omnibus: propter nomē meum. Qui autem sustinuerit in finem: hic saluus erit.

Scom Matheum. x. capitulo.

In illo tpe. dixit dñs ihesus discipulis suis. Cum persequentur vos in ciuitate ista: fugite in aliã. Amen dico vobis: nõ consũmabitis ciuitates isrl: donec veniat filius hois. Non est discipul⁹ super magistrum: nec seru⁹ super dñm suũ. Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius: & seru⁹ sicut dñs eius Si patremfamilias beelzebub vocauerũt: quanto magis domesticos eius. Ne ergo timueritis eos. Nihil enim opertum qđ non reuelabitur: et occultũ qđ nõ sciatur. Qđ dico vobis in tenebris dicite in lumine: et qđ in aure auditis ꝓdicate sup tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus: animã autez nõ possunt occidere. Sed potius eũ timete. qui potest & animam & corpus ꝑdere in gehẽnam. Nõne duo passeres asse veneũt: & vn⁹ ex illis nõ cadet super terrã sine patre vestro: Vestri autẽ capilli capitis: oẽs numerati sunt. Nolite ergo timere multz passerib⁹ meliores estis vos. Omnis ergo qui cõfitebitur me coram hominib⁹: ꝯfitebor & ego eum coram patre meo qui est in celis.

Scõm Lucam. vj. capitulo.

In illo tempore. Descendens ihesus de monte stetit in loco campestri & turba discipulorum eius: et multitudo copiosa plebis ab oñi iudea & iherusalem & maritima & tyri & sydonis: qui venerãt vt audirent eum: & sanarent a languoribus suis. Et qui vexabãtur a spiritibus imundis: curabãtur Et omnis turba querebat eum tangere: quia virtus de illo exibat: et sanabat oẽs. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat. Beati pauperes: quia vestrum est regnuz dei. Beati qui nũc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: qa ridebitz. Beati eritis cum vos oderint hoies: & cum separauerint vos & exprobrauerit: et eiecerint nomẽ vestrum tanqz malũ propter filiũ hois. Gaudete in illa die et exultate: ecce enĩ merces vestra multa est in celo.

Scõm Mathẽum. xxiiij.

In illo tpe. Sedente ihesu super montem oliueti: accesserũt ad eũ discipuli secreto dicẽtes. Dic nobis: quãdo hec erunt: Et qđ signum aduent⁹ tui: & consũmationis seculi: Et respondẽs ihesus dixit eis. Videte ne qs vos seducat. Multi enim venient in nomĩe meo: dicentes. Ego sum xps: & multos seducẽt. Audituri enĩ estis prelia & opiniones preliorum: videte ne turbemini Oportet enim hec fieri: sed nonduz est finis. Consurget enim gens in gentem & regnum in regnum: & erunt pestilentie: et fames: et terremotus per loca. Hec aũt omnia inicia sunt dolorz. Tũc tradent vos in tribulationem: & occident vos. Et eritis odio omnibus hominibus propter

nomen meū:et tūc scandalizabuntur multi:ꝛ inuicē tradent: et odio habebunt inuicem. Et multi pseudo prophete surgēt ꝛ seducent multos. Et quoniā abūdabit iniquitas:refrigescet charitas multoꝝ. Qui autem pseuerauerit vsq; in finez: hic salus erit. Scōm Lucā.x.cap.

In illo tpe.dixit ihūs discipulis suis.Qui vos audit me audit:ꝛ qui vos spernit me spernit.Qui autez me spernit: spernit eum qui me misit. Reuersi sunt aūt septuagintaduo cum gaudio dicētes. Dñe etiā demonia in nomine tuo:subijciunt nobis:Et ait illis. Videbā sathanā sicut fulgur de celo cadentē. Ecce dedi vobis potestatē calcandi supra serpētes ꝛ scorpiones:et supra omnem virtutez inimici:et nihil vobis nocebit. Uerūtamē in hoc nolite gaudere:quia spiritus subijciuntur vobis.Gaudete aūt: quia noīa vestra scripta sunt in celis. Scōm Lucam.xij.capō

In illo tpe.dixit dñs ihūs discipulis suis. Attēdite a fermento phariseorum:quod est ypocrisis. Nihil enī opertū est quod non reuelet:neq; absconditum quod non sciatur. Quā que in tenebris dixistis:in lumine dicētur. Et qđ in aure locusti estis in cubicul':predicabitur in tectis. Dico aūt vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui occidunt corp9: ꝛ post hec non habent amplius quid faciant.Ostendam autē vobis quez timeatis. Timete eū:qui postq; occiderit:habet potestatem mittere in gehennaz. Ita dico vobis hunc timete. Nōne qnq; passeres veneunt dipondio:Et vnus ex illis:non est in obliuione coram deo. Sed et capilli capitiz vestri:omnes numerati sūt Nolite ergo timere: multiz passerib9 plurz estis vos Dico aūt vobis. Omnis quicunq; confessus fuerit me corā hoībus:ꝛ filius hoīs confitebitur illum coram angelis dei. Scōm Lucam.xj.capitulo.

In illo tpe Dicebat ihesus turbis iudeorum:ꝛ principibus sacerdotum. Ue vobis qui edificatis monumēta prophetarū. Patres aūt vri occiderunt illos. Profecto testificamini q consentitis operib9 patrū vestroꝝ:quoniāquidez ipsi eos occiderunt. Uos autē edificatis eoꝝ sepulchra. Propterea ꝛ sapiētia dei dixit. Mittam ad illos pphetas ꝛ apłos: ꝛ ex illis occidēt ꝛ psequentur: vt inquiratur sanguis omniuz prophetarum qui effusus est a cōstitutione mūdi:a generatiōe ista:a sanguīe abel vsq; ad sanguinē zacharie:qui periit inter altare ꝛ edem. Ita dico vobis: requiretur ab hac generatiōe. Ue vobis legisperitis:qui tulistis clauez scientie:ipsi non introistis:ꝛ eos qui introibāt prohibuistis. Cum aūt hec ad illos diceret:ceperūt pharisei ꝛ legis-

periti graui̇ter ſiſtere: ⁊ os eiꝰ oppꝛimere de multis inſidiantes ei: et querentes capere aliquid ex oꝛe eius: vt accuſarent eum. Scȯm Marcum. xiij. capᵘ

In illo tẽpoꝛe. dixit ihesus diſcipulis ſuis. Videte ne quis vos ſeducat. Multi enim venient in nomine meo dicẽtes. Quia ego ſum: et multos ſeducẽt. Cū audieritis aũt plia: ⁊ opiniões belloꝛum: ne timueritꝭ. Oꝑtet enī hec fieri: ſed nondū finiſ. Exurget enī gens ſupꝛa gentẽ: ⁊ regnū aduerſus regnum Et erunt terremotus per loca et fames. Hec autem inicia ſunt doloꝛū. Videte aũt voſmetipſos. Tradent enim vos in concilijs: ⁊ in ſinagogꝭ vapulabitis. Et ante reges ⁊ pꝛſides ſtabitis pꝛopteꝛ me in teſtimoniū illis: ⁊ in omnes gentes pꝛimuꝭ oꝑtet pꝛedicare euangelium. Et cum duxerint vos tradẽtes. Nolite pꝛecogitaꝛe quid loquamini: ſed quod datū fuerit vobis ī illa hoꝛa id loquamini. Non enī eſtis vos loquentes: ſed ſpiritus ſanctᵘ. Tradet autem frater fratrem in moꝛtem: et pater filium. Et conſurgent filij in parentes: ⁊ moꝛte afficient eos. Et eritis odio omnibus hominibᵘ pꝛopter nomen meum. Qui autẽ ſuſtinuerit vſq; ī finẽ: hic ſaluᵘ erit. Scȯm Matheum. xj. capᵘ.

In illo tẽpoꝛe Reſpondẽs ihus dixit. Confiteboꝛ tibi pater domine celi ⁊ terre: quia abſcondiſti hec a ſapientibᵘ et pꝛudentibuſ: ⁊ reuelaſti ea paꝛuulis. Ita pater quoniã ſic placituꝭ fuit ante te. Omnia mihi tradita ſũt a patre meo. Et nemo nouit filiũ niſi pater: neq; patrem quis nouit niſi filius: ⁊ cui voluerit filiᵘ reuelare. Venite ad me omneſ qui laboꝛatꝭ et onerati eſtis: ⁊ ego reficiam vos. Tollite iugum meuꝭ ſup vos: et diſcite a me quia mitis ſum ⁊ humil coꝛde: ⁊ inuenietꝭ requiẽ animabᵘ veſtris. Jugũ enim meum ſuaue eſt: et onus meum leue. Offer. Exultabunt ſancti in gloꝛia: letabũtur in cubilibᵘ ſuis: exultationes dei in faucibᵘ eoꝛũ alleluia. Offer. Letamini in dño ⁊ exultate iuſti: et gloꝛiamini omnes recti coꝛde alla. Offer. Mirabilis deus in ſanctis ſuis: deꝰ iſrahel ipſe dabit virtutem ⁊ foꝛtitudinẽ plebis ſue benedictᵘ deus alleluia. Offer Gloꝛiabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu dñe benedicis iuſtis: dñe vt ſcuto bone volũtatis tue coꝛonaſti eos. Offer Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venãtium: laqueᵘ ꝯtritus eſt: ⁊ nos liberati ſumus. Offerto. Iuſtoꝛum anime in manu dei ſunt: ⁊ non tanget illos toꝛmentũ malicie: viſi ſunt oculis inſipiẽtium moꝛi: illi autem ſunt in pace alleluia. Offer. Repleti ſumus mane miſericoꝛdia tua: ⁊ exultauimus et delectati ſumᵘ alleluia. Cõm. Poſuerũt moꝛtalia ſeruoꝛum tuoꝛum domine eſcas volatilibus celi: carnes ſanctoꝛũ tuoꝛuꝭ beſtijs tre: ſm magnitudinẽ bꝛachij

tui possi de filios morti punitor. Cō
Ego vos elegi de mundo: vt eatis
t fructum afferatis: t fructus vester
maneat. Cōm Anima nostra sicut
passer erepta est de laqueo venantiū
Cōm. Signa eos qui in me credūt
hec sequentur: demonia eijcient: sup
egros manus imponent: et bene ha-
bebūt. Cōm. Dico aūt vobis ami-
cis meis: ne terreami ab his qui vos
persequuntur. Cōm. Quicunq; fe
cerit voluntatē patr̄ mei qui in celis
est: ipse meus frater soror t mater est
dicit dominus. Cōm. Multitudo
languentium t qui vexabantur a spi
ritibus īmundis veniebant ad eum
quia virtus de illo exibat et sanabat
omnes. Cōm. Et si coram hoibus
tormenta passi sunt: de⁹ tentauit eos
tanq̄ aurum in fornace ꝓbauit eos:
t quasi holocausta accepit eos. Cō.
Beati mundo corde: quoniam ipsi
deū videbunt. beati pacifici: quoniā
filij dei vocabuntur. beati qui perse-
cutionem patiuntur propter iusticiā:
quoniam ipsorum est regnum celorū
Cōm. Gaudete iusti i dño alleluia
rectos decet collaudatio alla. Cōm
Quod dico vobis i tenebris dicite
in lumine dicit dominus: et quod in
aure auditis predicate super tecta.

De vno martyre et pontifice
Introitus. Statuit ei dominus.
Regre infra de ofes. t pontific
In festo vnius martyris non
pontificis. Introitus.

Letabitur iustus in domino t
sperabit in eo: t laudabuntur
omnes recti corde. ꝑs. Exaudi de⁹
orationem meam cum deprecor: a ti-
more inimici eripe animā meam. ℣.
Gloria patri t filio t. **Introitus.**
In virtute tua domine letabit
iustus: t super salutare tuū ex-
ultabit vehementer: desiderium anie
eius tribuisti ei, ꝑs. Quoniā preue-
nisti eum in benedictionibus dulce-
dinis: posuisti in capite eius coronaz
de lapide ꝑcioso. ℣. Gloria. **Intr.**
Justus non cōturbabitur: quia
dominus firmat manum eius:
tota die miseret t comodat: t semen
eius in benedictione erit ineternum
conseruabitur. ꝑs. Noli emulari in
malignantib⁹: neq; zelaueris facien-
tes iniquitatē. ℣. Gla. **Introit⁹.**
Gloria t honore coronasti eum
domine: t cōstituisti eum sup
opera manuū tuarum. ꝑs. Domine
domin⁹ noster: q̄ admirabile est no
men tuū in vniuersa terra. ℣. Gla.

Presta quesum⁹ **Oratio**
Omnipotens de⁹: vt qui
beati. N. martyris tui natalicia
colimus: intercessione eius in
tui nomis amore roborem̄ur.
Per. **Secr.** Muneribus no-
stris quesumus domine preci-
busq; susceptis: t celesti⁹ nos
munda misterijs: et clementer
exaudi. Per. **Complend.** Da
q̄sumus domine deus noster:
vt sicut tuor cōmemoratione
sanctorū tēporali gratulamur
officio: ita ꝑpetuo letemur a-
spectu. Per. **Alia oratio.**

Presta q̄sumus oīpotens
deus: vt intercedēte btō
N. martyre tuo: t a cunctis ad-
uersitatibus liberemur in cor-
pore: t a prauis cogitationib⁹
mundemur in mente. Per d.

Secr. Accepta sit in ꝯspectu tuo domine nostra deuotio: ⁊ eius nobis fiat supplicatiõe salutaris: pro cuius solẽnitate defertur. ℟per. Compl. Refecti participatione muneris sacri: qsumus domine deus noster: vt cuius exequimur cultũ: sentiamus effectũ. ℟per dominũ. Lectio libri sapientie. iiij. capi. Iustus si morte preoccupatus fuerit: in refrigerio erit. Senectꝰ enī venerabilis est: nõ diuturna: neq; numero ānorum computata. Cani aũt sunt sensus hominis: ⁊ etas senectutꝫ vita īmaculata. ℟placés deo factus dilectus: et viuens inter peccatores translatus est Raptus est ne malicia mutaret intellectũ eius: aut ne fictio deciperet animã illiꝰ. Fascinatio enī nugacitatis obscurat bona: ⁊ inconstantia concupiscentie trãsuertit sensum sine malicia. Consũmatus in breui: expleuit tempora multa. ℟placita enim erat deo anima illiꝰ. ℟propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatũ: quoniaꝫ gratia dei ⁊ misericordia est in sancto illius: ⁊ respectus super electos illius. Ad tymotheum ij. capitulo. epistole secunde.

Qarissime: Nemo militãs deo implicat se negocijs secularibus: vt ei placeat cui se probauit. Nam et qui certat in agone nõ coronabitur: nisi legitime certauerit. Laborantẽꝫ agricolaꝫ oportet primum de fructibus percipere. Intellige que dico. Dabit enim tibi dñs in omnibus intellectum.

Ad corinthios ij. capitulo. j.

Fratres: Benedictꝰ deꝰ: ⁊ pater domini nr̃i ihesu christi pater misericordiarum: et deus totius ꝯsolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressura sũt per exhortationẽꝫ qua exhortamur et ipsi a deo: quoniam sicut abundant passiones christi in nobis: ita et per xp̃m abundat ꝯsolatio nostra. Siue aũt tribulamur pro vra exhortatione ⁊ salute: sine consolamur pro vestra ꝯsolatiõe: sive exhortamur pro vestra exhortatiõe et salute: que operat tolerantiam earundem passionum quas ⁊ nos patimur: vt spes nostra firma sit ꝓ vobis: scientes quoniã sicut socij passionum estis: sic eritis ⁊ consolationis. In christo ihesu dño nostro. Ad tymotheũ. ij. cap. ij

Qarissime. Memor esto dominuꝫ ihesum christũ resurrexisse a mortuis ex semie dauid fm euangelium meum: in quo laboro vsqꝫ ad vincula quasi male operãs: sed verbũ dei non est alligatuꝫ. Ideo oĩa sustineo propter electos: vt et ipsi salutẽꝫ consequantur: que est in xp̃o ihesu cũ gloria celesti Tu autem assecutus es meam doctrinam: institutionẽꝫ: propositum: fidẽꝫ: longanimitatẽ:

dilectionē:patientiaz:persecu/
tiones:passiones. Qualia mihi
facta sunt antiochie yconio:ly
stris:quales persecutiones su/
stinui:et ex omnib9 eripuit me
domin9. Et omnes qui volūt
pie viuere in christo:persecuti
onez patientur. Lectio libri sa/
pientie Ecclesiastici.xxxix.cap.
IUstus cor suum tradet ad
vigilandū diluculo ad do/
minum qui fecit illum: & in cō/
spectu altissimi deprecabit: ape/
riet os suuz in oratione:et pro
delictis suis deprecabitur. Si
enim dominus magnus volu/
erit spiritu intelligētie replebit
eū:& ipse tanq3 imbres emittet
eloquia sapientie sue: & in ora/
tione confitebitur domino Et
ipse diriget consiliuz eius & di/
sciplinaz:et in abscónditis suis
cōsiliabitur:et ipse palā faciet
disciplinam doctrine sue: et in
lege testamenti domini gloria/
bitur. Collaudabūt multi sapi/
entiam eius: & vsq3 in seculum
nō delebitur. Non recedet me/
moria eius:& nomen ei9 requi
retur a generatione in genera
tionem. Lectio libri sapientie
Proverbiorum.iij.capitulo.
BEatus homo qui inuenit
sapientiam: et qui affluit
prudentia. Melior est acqsitio
eius negociatiōe argēti & auri:
primi & purissimi. Fructus ei9
preciosior est cunctis opibus:
sapientia & oia que desiderant
huic nō valent cōparari. Lon/
gitudo dierum in dextera ei9:
& in sinistra illius diuitie & glā.
Vie eius vie pulchre:& omnes
semite illius pacifice. Lignum
vite est his qui apprehenderit
eam:& qui tenuerit eam beat9.
Dominus sapientia fundauit
terrā:& stabiliuit celos prudētia
Sapiētiā illi9 eruperūt abyssi:
& nubes rore cōcrescunt. Lcō
libri sapientie Ecclesiastici.xiiij
BEatus vir qui in sapiētia
sua morabitur:& qui i iu/
sticia sua meditabitur:& i sensu
cogitabit circumspectionē dei
Libauit illum pane vite & intel
lectus:& aqua sapiētie salutaris
potabit eum. Et firmabitur in
illo & non flectetur: & cōtinebit
illum & non cōfundetur. Et ex/
altabit illū apud primos suos.
Et nomie eterno hereditabit:
illum dominus deus noster.
Lectio libri sapientie. x.capitu
IUstum deduxit dominus
per vias rectas:& ostendit
illi regnuz dei:& dedit illi scien/
tiam sanctorū. Honestauit illū
in laborib9: & cōpleuit labores
illius. In fraude circūuenien/
tium illum affuit illi: & honestū
fecit illum. Custodiuit eum ab
inimicis:& a seductoribus tuta
uit eum. Et certamen forte de/
dit illi vt vinceret: et sciret qm̄
omniū potentior est sapientia
Hec venditum iustum nō de/
reliquit:sed a peccatorib9 libe/
rauit eum. Descenditq3 cū illo
in foueā:& in vinculis non de/
reliquit euz: donec afferret illi
sceptrum regni: et potentiam

aduersus eos q eũ depmebãt. Et mendaces ostendit: qui maculauerunt illũ. Et dedit illi claritatem eternaz: dominus deꝰ noster. De vno martyre ꝛ põtifice. Grad. Inueni dauid seruum meũ: oleo sancto meo vnxi eum manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. ℣ Nihil proficiet inimicus in eo: ꝛ filiꝰ iniquitatis nõ nocebit eum. Grad. Posuisti domine super caput eius: coronam de lapide precioso. ℣. Desiderium anie eius tribuisti ei: ꝛ voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Grad. Beatus vir qui timet dominũ: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorũ benedicetur. Grad. Gloria et honore coronasti eum dñe: et ꝯstituisti eũ super opera manuũ tuarũ. ℣. Quoniã eluata est magnificentia tua sup celos. Grad Iustus non cõturbabitur: quia dominus firmat manuz eius. ℣. Tota die miseretur et comodat: et semen eius in benedictione erit. Gradal. Iustꝰ vt palma florebit: sicut cedrꝰ libani multiplicabitur in domo dñi. ℣. Ad annuncian dum mane misericordiam tuam: et veritatem tuam per noctem. Grad. Domie preueniisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronaz de lapide precioso. ℣. Vitã petijt a te: ꝛ tribuisti ei longitudinẽ dierum in seculũ seculi. De vno martyre et pontifice. Alleluia. ℣. Tu es sacerdos ineternũ fm ordinem melchisedech. Alleluia. ℣. Hic est sacerdos quem coronauit dñs. Alleluia. ℣. Iustꝰ vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur. Alleluia. ℣. Letabitur iustꝰ in domino ꝛ sperabit in eo: et laudabuntur oẽs recti corde. Alleluia. ℣. Beatꝰ vir qui timet dominũ: in mandatis eius cupit nimis. Alleluia. ℣. Posuisti domine super caput eius coronã: de lapide precioso. Alleluia. ℣. Iustꝰ non ꝓturbabitur: quia dominus firmat manuz eius. Alleluia. ℣. Qui sequitur me nõ ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite eterne. Alleluia. ℣ Gloria ꝛ honore coronasti eum domine. Alleluia. ℣. Beatus vir qui suffert tentationem: quoniaz cum probatus fuerit accipiet coronã vite. De vno mre ꝛ pontifice.

Spe mercedis Sequentia ꝛ corone stetit martyr ĩ agone ad mortem obediens. Morte xpm imitatus fide firmus ꝛ firmatꝰ firmo gressu gradiens. Furit furor militaris: vt vir sacer sacris aris imoleꝫ hostia. Quem occidunt et scientes introducũt nesciẽtes ad eterna gaudia. Christi felix hic adletha q subire mente leta mortez non abhorruit Vt sit salus infirmorum: et medela peccatorũ gratiam promeruit. Caeci claudi surdi muti sunt ad vsum restituti diuina clemẽtia Non est morbus quem non curet: dum morbosuz non obduret tarda diffidẽtia. Hostes christi xpo cedunt: signa signis dum succedũt arguẽto fidei. Ergo martyr inuocetur: vt per eum nobis detur ad supera prouehi.

Scõm Lucam. ix. capitulo.

In illo tempore. dixit dñs Iheſus discipulꝫ suis. Si qs

De vno mre tractꝰ. Desiderium anime eius tribuisti et voluntate labiorum eius non fraudisti eum. ℣. Quoniam preueniisti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso.

vult post me venire: abneget semetipsum: ⁊ tollat crucē suaz ⁊ sequatur me. Qui enim voluerit animaz suam saluam facere: perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me: inuenit eaz. Quid enī pdest hoīni si lucretur vniuersum munduz: seipsum aūt perdat ⁊ detrimentū sui faciat Naz qui me erubuerit ⁊ meos sermōes: hunc filius hoīnis erubescet: cum venerit in maiestate sua ⁊ patris: ⁊ sanctoruz angelorum. Dico autē vobis: vere sunt aliqui hic stantes qui non gustabunt mortez: donec videant regnum dei. Scōm Johannem xij. capitulo.

In illo tēpore. dixit ihesus discipulis suis. Amen amē dico vobis: nisi granū frumēti cadens in terraz mortuum fuerit: ipsum solū manet. Si aūt mortuum fuerit: multum fructum affert. Qui amat animaz suam: perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo: in vitam eternam custodit eā. Si quis mihi ministrat me sequat: ⁊ vbi sum ego: illic et minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit: honorificabit euz pater meus qui in celis est.

Scōm Matheum. x. capitulo

In illo tempore. dixit dñs ihesus discipulis suis. Nolite arbitrari: quia venerim pacez mittere in terrā. Non veni pacem mittere: sed gladium. Veni enim separare hominē aduersus patrem suum: et filiā aduersus matrez suam: ⁊ nurū aduersus socrū suaz: et inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem aut matrez plus q̄ me: non est me dignus. Et qui amat filium aut filiā super me: non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam ⁊ sequitur me: non est me dignus Qui inuenit animā suam: perdet eam. Et qui perdiderit animam suam propter me: inueniet eam. Qui recipit vos: me recipit: ⁊ qui me recipit: recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetā in nomine prophete: mercedem prophete accipiet. Et qui recipit iustū in nomine iusti: mercedem iusti accipiet. Et quicunq; potuz dederit vni ex minimis istis calicez aque frigide tantum in nomie discipuli: amen dico vobis: nō perdet mercedem suam.

Scōm Lucam. xiiij. capitulo.

In illo tēpore. dixit ihesus discipulis suis. Si quis venit ad me et non odit patrem suum: et matrem et vxorem et filios et fratres et sorores: adhuc autem ⁊ animā suam: non potest meus esse discipul⁹. Et qui non baiulat crucem suam: et venit post me: non potest meus esse discipul⁹. Quis enī ex vobis volens turrim edificare: nōne prius sedens computat sumptus qui necessarij sunt: si habeat ad perficiendū: Ne posteaq; posuerit funda-

mentum:et nō potuerit perfi/
cere:omnes qui viderint inci/
piant illudere ei dicētes. Quia
hic homo cepit edificare: ⁊ nō
potuit cōsūmare. Aut quis
rex iturus cōmittere belluz ad/
uersus alium regē:non sedens
prius cogitat si possit cum de/
cem milibus occurrere ei: qui
cum viginti milibus venit ad
se? Alioquin adhuc illo longe
agente:legationem mittēs ro/
gat ea que pacis sunt. Sic ergo
omnis ex vobis qui nō renun
ciat omnibus que possidet:nō
potest meus esse discipulus.

Scōm Matheum x. capitulo.

In illo tempore. dixit dñs
Ihesus discipulis suis. Ni/
hil opertum quod non reue/
letur: et occultum quod non
sciaṫ. Quod dico vobis in te/
nebris dicite in lumīe:et quod
in aure auditis predicate super
tecta. Et nolite timere eos qui
occidunt corpus: animaz autē
nō possunt occidere. Sed po/
tius eum timete: qui potest et
animam et corpus perdere in
gehennam. Nonne duo passe/
res asse veneunt: ⁊ vnus ex il/
lis non cadet super terraz sine
patre vestro. Vestri autem ca/
pilli capitis: omnes numerati
sunt Nolite ergo timere:multz
passeribus meliores estis vos
Omnis ergo qui confitebitur
me coram hominibus:confite
bor et ego eū coraz patre meo
qui in celis est. **Offertorium.**

Gloria et honore coronasti eum: et
constituisti eum super opera manuū
tuarum domine. **Offertorium.**
In virtute tua domie letabitur ius/
tus:⁊ super salutare tuum exultabit
vehemēter:desiderium anime eius
tribuisti ei. **Offertorium.** Desi/
derium anīme eius tribuisti ei dñe:
⁊ voluntate labiorum eius non frau/
dasti eum:posuisti in capite eius co/
ronam de lapide precioso. **Offert.**
Posuisti domine in capite eius co/
ronam de lapide precioso: vitaz pe/
tijt a te ⁊ tribuisti ei. **Cōmuñ.** Qui
vult venire post me abneget semet/
ipsum:⁊ tollat crucem suaz ⁊ sequat
me. **Cōmu** Magna est gloria eius
in salutari tuo:gloriam et magnum
decorē impones super eum domine
Cōmuñ. Qui mihi ministrat me
sequatur:⁊ vbi ego sum illic ⁊ mini/
ster meus erit. **Cōmun.** Posuisti
domine in capite eius:coronam de
lapide precioso. **Cōm.** Letabitur
iustus in domino ⁊ sperabit in eo: et
laudabuntur omnes recti corde alle
luia alleluia. **In festo vnius mar
tyris a pascha vsqz ad festum
penthecostes vbi alius specia/
liter non assignatur. Introit**

Protexisti me deus a cōuentu
malignantium alleluia:a mul/
titudine operantium iniquitatem al
leluia alleluia. **pṡ.** Exaudi deus ora
tionem meaz cum deprecor:a timore
inimici eripe animā meam. **Oratio
competens vt s̄ de vno mr̄e.
Lectio libri sapientie.** v. capit.

Tabunt iusti in magna
constantia aduersus eos

qui se angustiauerunt: et qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabunt timore horribili: et mirabuntur in subitatione insperate salutis dicentes intra se penitentiam agentes: et pre angustia spiritus gementes. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum: et in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam: et finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei et inter sanctos sors illorum est. Alleluia. ℣. Confitebũtur tibi celi mirabilia tua domine: et veritatem tuam in ecclesia sanctorum. Alleluia. ℣. Posuisti domine super caput eius: coronam de lapide precioso Alleluia. ℣. Justus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabit. Alleluia. ℣. Just⁹ germinabit sicut lilium: et florebit in eternũ ante dominum. **Euangeliũ** Ego sum vitis vera. **Require supra de apostolis. Offertorium.** Confitebuntur tibi celi mirabilia tua domine: et veritatem tuam in ecclesia sanctorum. **Cõm.** Letabitur just⁹ in domino. **vt supra. In natali plurimorum martyrum infra pascha et pẽthecosten vbi ali⁹ specialiter non assignatur Introitus.** Sancti tui domine benedicẽt te. **vt supra. Epistola.** Stabunt iusti. **vt supra.** Alleluia. ℣. Sancti tui florebunt. **vt supra.** Alleluia. ℣. Stabunt iusti in magna. **vt supra.** Alleluia. ℣. Preciosa in conspectu. **vt supra.** Alleluia. ℣.

Mirabilis domin⁹ noster in sanctis **vt supra. Euangeliũ** Ego sum vitis. **Require supra de aplis. Offertoriũ** Letamini in domino **vt supra. Cõm.** Gaudete iusti in domino. **vt supra. In natiuitate vni⁹ confessoris et põtific. Intr.**

Tatuit ei dominus testamẽtum pacis: et principez fecit eũ vt sit illi sacerdotij dignitas ineternum. **ps.** Memento domine dauid et omnis mansuetudinis eius **Intr.**

Sacerdotes tui domine induant iusticiam: et sancti tui exultent: propter dauid seruum tuũ non auertas faciem christi tui. **pꝰ.** Memento domine dauid: et omnis mansuetudinis eius. **Introitus.**

Sacerdotes eius induant salutare: et sancti eius exultatione exultabunt. **pꝰ.** Memento domine dauid: et omnis mansuetudinis eius. **Introitus.**

Sacerdotes dei bñdicite dominum: sancti et humiles corde laudate deũ. **pꝰ.** Benedicite omnia opera domini domio: laudate et superexaltate eum in secula. **Intro**

Justus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur: plantatus in domo domini in atrijs domus dei nostri. **pꝰ.** Bonũ est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. **Itroitus.**

Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipsius. **pꝰ** Noli emulari in malignantibus neqz zelaueris facientes iniquitatẽ.

Oratio.

Da q̄sumus omnipotens deus: vt beati. N. confessoris tui atq; pontificis veneranda solēnitas: et deuotione nobis augeat et salutem. Per dominū nostrum ihesum xp̄m

Secr. Sancti tui domine quesumus nos vbiq; letificent: vt dum eorum merita recolim⁹: patrocinia sentiam⁹. Per dominum nostrum ihesum xp̄m

Complend. Presta quesum⁹ omnipotens deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes: intercedente beato. N. confessore tuo atq; pontifice: beneficia potiora sumam⁹. Per dominū nostrum ihesuz christum filium.

Alia oratio.

Exaudi q̄sumus domine p̄ces nostras quas in beati. N. confessoris tui atq; pontificis solennitate deferimus: et qui tibi digne meruit famulari eius intercedentibus meritis: ab omnibus nos absolue peccatis. Per dominuz nostrum ihesum christum filium tuum.

Secr. Sancti. N. confessoris tui atq; pontificis quesumus domine ānua solēnitatas pietati tue nos reddat acceptos: vt per hec pie placationis officia: et illum beata retributio comitetur: et nobis gratie tue dona conciliet. Per dominū nostrum ihesum christum filium.

Complend. Deus fideliuz remunerator animarum presta: vt beati. N. confessoris tui atq; pontificis: cuius venerandam celebramus festiuitatem precibus eius indulgentiam consequamur. Per dominū nostrū

Has quinq; epistolas sequentes regre supra de martyribus videlicet. Justus cor suum tradet **Epistola** Beat⁹ homo qui inuenit sapientiam. **Epistola.** Beatus vir qui in sapientia. **Epistola.** Justum deduxit dominus p vias rectas. **Epistola** Dilectus deo et hominibus.

Alia epistola. Lectio libri sapientie. I. capitulo.

Ecce sacerdos magnus q̄i vita sua suffulsit domū: et in diebus suis corroborauit templum. Templi etiam altitudo ab ipso fundata est: duplex edificatō et excelsi parietes templi. In diebus ipsius emanauerunt putei aquarum: et q̄si mare adimpleti sunt supra modum. Qui curauit gentez suā: et liberauit eaz a pernicie. Qui preualuit amplificare ciuitatē: qui adeptus est gloriaz in conuersatione gentis. Et ingressū domus et atrij amplificauit. Quasi stella matutina in medio nebule: et quasi luna plena in dieb⁹ suis lucet. Et quasi sol refulgēs: sic ille refulsit in templo dei. Quasi arcus refulgēs inter nebulas glorie: et quasi rosarum flos in dieb⁹ vernis. Quasi lilia que sunt in transitu aque: et quasi thus redolens in odorem suauitatis.

Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xliiij. et. xlv. capitulis.

Ecce sacerdos magn⁹ qui in dieb⁹ suis placuit deo ⁊ inuent⁹ est iustus: ⁊ in tēpore iracundie fact⁹ est recōciliatio Non est inuent⁹ similis illi: qui conseruaret legē excelsi. Ideo iureiurando fecit illū dom⁹ crescere in plebem suam. Benedictionem omniū gentium dedit illi: ⁊ testamentum suum confirmauit super caput eius. Cognouit eum in benedictionibus suis: conseruauit illi misericordiam suā: ⁊ inuenit gratiam cora oculis domini. Magnificauit eum in cōspectu regum: ⁊ dedit illi coronā glorie Statuit illi testamentum sempiternū: ⁊ dedit illi sacerdotiū magnuz: ⁊ beatificauit illum in gloria. Fungi sacerdotio ⁊ habere laudez in nomine ipsius: ⁊ offerre illi incensuz dignū in odorē suauitatz. Ad hebre. vij.

Fratres: Plures facti sūt sacerdotes fm legem. idcirco q̄ morte prohiberentur permanere. Hic autem eo q̄ maneat ineternum: sempiternum habet sacerdotiū. Unde ⁊ saluare imperpetuuz potest: accedēs per semetipsū ad deū semper viuens ad interpellandum pro nobis, Talis enī decebat vt nobis eēt pōtifex sanctus innocens: impollut⁹: segregat⁹ a peccatoribus: ⁊ excelsior celis fact⁹. Qui nō habet quotidie necessitatez quēadmodū sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre: deide pro populi. Hoc enī fecit semel se offerendo: dom⁹ noster ihs xps. Ad hebreos. v. capitulo.

Fratres: Omnis pōtifex ex hominibus assumpt⁹ pro hominibus constituitur in his que sunt ad deū: vt offerat dona ⁊ sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit his qui ignorant ⁊ errant: quoniam et ipse circūdatus est infirmitate. Et propterea debet quemadmodum pro populo: ita etiam ⁊ pro semetipso offerre p pec catis. Nec quisq̄ sumit sibi honorem: sed qui vocatur a deo tanq̄ aaron. Sic ⁊ christus nō semetipsū clarificauit vt pontifex fieret: sed qui locutus est ad euz. Filius meus es tu: ego hodie genui te: quēadmoduz ⁊ in alio loco dicit. Tu es sacerdos ineternum: fm ordinem melchisedech. Lectio malachie prophete. ij. capitulo.

Hec dicit dom⁹. Scietz hēa misi ad vos mandatū istud: vt esset pactum meuz cū leui: dicit dominus exercituuz Pactum meū fuit cum eo vite et pacis. Et dedi ei timorem et timuit me: ⁊ a facie nominis mei pauebat. Lex veritatis fuit in ore eius: ⁊ iniquitas non est inuenta in labijs eius. In pace ⁊ in equitate ambulauit mecum: ⁊ multos auertit ab iniquitate. Labia enim sacerdotis custodiunt scientiaz: ⁊ legem requirunt ex ore eius: quia angelus domini exercituum est.

Ad hebreos. vltimo capitulo.

Fratres: Doctrinis variis ⁊ pegrinis: nolite abduci. Optimuz est enim gratia stabilire coꝛ: nō escis que non pfuerunt ambulantib⁹ in eis. Habem⁹ altare: de quo edere non ḣabent potestatez: qui tabernaculo deseruiunt. Quoꝛ enim animaliū infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificē: hoꝛum coꝛpoꝛa crem̄antur extra castra. Propter quod ⁊ iḣesus vt sanctificaret per suum sangu inē populum: extra poꝛtam passus est. Exeam̄us ergo ad eum extra castra: improperium eius poꝛtantes Non enī ḣabemus ḣic manentem ciuitatem: sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeram̄us ḣostiam semper laudis deo: id est fructum labioꝛū confitentium nomē eius. Beneficentie autem ⁊ cōmunicationis: nolite obliuisci. Talib⁹ enim ḣostijs promeretur de⁹.

Lectio libꝛi sapientie. Ecclesiastici. xlviij. capitulo.

Dedit dominus confessionem sancto ⁊ excelso: in verbo glozie. De omni coꝛde suo laudauit dominū: et dilexit deum qui fecit illum. Dedit illi contra inimicos potentiam: ⁊ stare fecit cantoꝛes ꝓtra altare ⁊ in sono eoꝝ dulces fecit modos. Et dedit i celebꝛationib⁹ decus: ⁊ oꝛnauit tempoꝛa eius vsq; ad consūmationem vite: vt laudarent nomen sanctum dei: ⁊ amplificarēt mane domi sanctitatez. Chꝛistus purgauit peccata ipsius: et exaltauit ineternum coꝛnu illius: ⁊ dedit illi testamentum regum: et sedem glozie: ⁊ vsq; ineternum benedicetur. Sapiētia laudabit animam suaz: ⁊ in domino ḣonoꝛabitur: et in medio populi sui gloziabitur. Epistola sequens dicenda est in festiuitatib⁹ sanctoꝛum gregoꝛij ḣieronimi augustini ⁊ ambꝛosii. Ad tymotheum .ij. capitulo. iiij.

Caꝛissime: Testificoꝛ coram deo et chꝛisto iḣesu: qui iudicatur⁹ est viuos ⁊ moꝛtuos: ⁊ per aduentum ipsius: ⁊ regnū eius. Pꝛedica verbum: insta opoꝛtune: impoꝛtune aꝛgue: obsecra: increpa in omni patiētia et doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinaz non sustinebunt: sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros pꝛurientes auribus: et a veritate quidez auditū auertent: ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila: in omnibus laboꝛa: op⁹ fac euangeliste: ministerium tuum imple: sobꝛi⁹ esto. Ego enim iam delibꝛoꝛ: ⁊ tempus mee resolutionis instat. Bonū certamen certaui: cursum consūmaui: fidez seruaui. De reliquo reposita ē mihi coꝛona iusticie: quaz reddet mihi domin⁹ in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi: sed ⁊ ḣis qui diligunt aduentum eius.

Lectio libri sapientie. xxiij.cap̃

SApiẽtia laudabit animaz suam:z in domio ꝓnorabitur: et in medio populi sui gloziabitur. Et in ecclesijs altissimi aperiet os suum:z in conspectu virtutis illius gloziabit In medio populi sui exaltabit z in plenitudie sancta admirabitur:z in multitudine electoꝝ habebit laudem:et inter benedictos benedicet dicens. Ego ex ore altissimi ꝓdij primogenita ante omnẽ creaturã. Ego quasi libanus non incisus vapozaui habitationem meam:z quasi balsamum non mixtum odoz meus. Ego quasi therebintus extendi ramos: et rami mei honozis z gratie.

Lectio libri sapientie. Ecclesiastici.xlv.capitulo.

DIlect9 deo z hominib9: cuius memoria in benedictione est. Similẽ fecit illum in gloria sanctoꝝ:et magnificauit eũ in timoze inimicoꝝ: et in verbis suis monstra placauit. Glozificauit illum in cõspectu regum:z iunxit illi cozonam populi sui: et ostendit illi gloziam suã. In fide z lenitate ipsi9 sanctum fecit illũ: z elegit eũ ex omni carne. Audiuit enĩ vocem ipsius:et induxit illum in nube. Et dedit illi coz ad precepta:z legem vite z discipline

Grad. Ecce sacerdos magn9 qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuent9 similis illi qui cõseruaret legem excelsi. **Grad.** Sacerdotes eius in duant salutare: et sancti eius exultatione exultabunt. ℣. Illuc pzoducam cornu dauid: paraui lucernã xpo meo. **Grad.** Iurauit domin9 et non penitebit eum:tu es sacerdos ineternum fm ordinẽ melchisedech ℣. Dixit dominus dño meo:sede a dextris meis. **Grad.** Inueni dauid seruum meũ:oleo sancto vnxi eũ manus enĩ mea auxiliabitur ei:z bzachium meũ confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimic9 in eo:z filius iniquitatis nõ nocebit eũ **Grad.** Os iusti meditabitur sapientiã:z lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in coꝛde ipsius:et non supplantabuntur gressus ei9. **Grad.** Beatus vir qui timet dominum:in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius:generatio rectoꝝ benedicetur. Alleluia. ℣. Iurauit domin9 z non penitebit eũ: tu es sacerdos ineternũ fm ordinez melchisedech. Alleluia ℣. Inueni dauid seruum meũ: oleo sancto meo vnxi eũ. Alleluia. ℣. Elegit te dominus sibi in sacerdotem magnum: in populo suo. Alleluia. ℣. Iustus germinabit sicut lilium:z flozebit in eternum ante dominum. Alleluia. ℣. Amauit eum dominus z oznauit eum:stola gloꝛie induit eum. Alleluia. ℣. Tu es sacerdos ineternum: fm ordinẽ melchisedech. Alleluia. ℣. Memento dñe dauid:et omnis mansuetudinis eius. **Sequentia**

AD laudes saluatoꝛis vt mens incitetur humil. Sentiat hũc diẽ iusta de causa celebrẽ. Gaudeat vt sese sic pia vota soluere. Hodie celoꝝ secreta petijt lux pontificum

De confessoꝛib9 tract9. Beatus vir qui timet dominum:in mandatis eius cupit nimis ℣. Potens in terra erit semen eius:generatio rectoꝝ benedicetur. ℣. Gloria et diuitie in domo eius:et iusticia eius manet in seculum seculi.

Lugiter ſanctoꝝ in choro ſplendés vt ſidus aureũ. Et gaudium angel' factum eſt ex aduentu cóparis. Huiſſe quem angelũ domini conſtat exercituũ. Quicunqꝫ ſuam tritici dat menſuraꝫ. Ad fidei caulas congregans ouiculas lupi ꝓuidit inſidias. Fidelis et ꝓuidens credita diſtribuens. Hic dedit ad menſam dñi pecuniam vt dignam faceret vſuraꝫ Beatus hic ſeruꝰ queꝫ cum venerit dominus ita inuenerit. Probatum in terra ſuper omnia ſtatuet illum in patria. Ad tantam patris gloriam celebrandã chorus iubilat laude digna: ꝛ populus letis reſpondeat vocibus. Dicamus omnes cernui tãto patri iungat ſe ſuo grex paſtori ꝛ ꝓcibꝰ fuſiſqꝫ lachrimis clamemꝰ. Paſtor bone miſerere eccleſie tuiſqꝫ ꝓcibus refoue. Confer opeꝫ plebi tue ꝑces attẽde: ꝛ pio iuuamie maculas dilue. In via nos a diuua: colloca in patria: redde que ſperamus dona.

Scõm Matheum. xxv. capitu

In illo tempore. dixit dñs ihesus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidã peregre proficiſcens vocauit ſeruos ſuos: et tradidit illis bona ſua Et vni dedit quinqꝫ talẽta: alij aũt duo: alij vero vnũ: vni cuiqꝫ ſm propriã virtutẽ: ꝛ ꝓfectus eſt ſtatim. Abijt autẽ qui quinqꝫ talenta acceperat: ꝛ operatus eſt in eis: ꝛ lucratꝰ eſt alia quinqꝫ. Similiter qui duo accepat lucratꝰ eſt alia duo. Qui autez vnum acceperat: abiens fodit in terraz: ꝛ abſcondit pecuniam dñi ſui. Poſt multum vero temporis venit dominꝰ ſeruorum illorum: ꝛ poſuit rationez cũ eis. Et accedens qui quinqꝫ talenta accepat: obtulit alia quinqꝫ talenta dicẽs. Dñe quinqꝫ talenta mihi tradidiſti: ecce alia quinqꝫ ſuperlucratus ſum. Ait illi dominꝰ eiꝰ. Euge ſerue bone ꝛ fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis: ſuper multa te conſtituaꝫ. Intra in gaudiũ domini tui. Acceſſit autẽ ꝛ qui duo talenta accepat: ꝛ ait. Dñe duo talẽta tradidiſti mihi: ecce alia duo lucratus ſum. Ait illi dominꝰ eiꝰ. Euge ſerue bone et fidelis: quia ſup pauca fuiſti fidel': ſupra multa te conſtituã. Intra in gaudium domini dei tui. Euangelium de doctoribꝰ

Scõm Matheum. v. capitulo

In illo tẽpore. dixit ihesus diſcipul' ſuis. Vos eſtis ſal terre: qđ ſi ſal euanuerit ī quo ſalietꝫ ad nihilũ valet vltra niſi vt mittatur foras: ꝛ conculcetꝫ ab hominibus. Vos eſtis lux mũdi: non poteſt ciuitas ſupra montez poſita abſcondi: neqꝫ accendunt lucernaꝫ ꝛ ponunt eã ſub modio: ſed ſup candelabrum: vt luceat omnibꝰ qui in domo ſunt. Sic luceat lux vra coram hominibuſ: vt videant opera veſtra bona: ꝛ glorificẽt patrẽ vrm qui in cel' eſt Nolite putare qm̃ veni ſoluere legez aut ꝓphetaſ. Nõ veni ſoluere: ſed adimplere. Amen quippe dico vob: donec trãſeat celũ ꝛ terra: iota vnũ aut vnꝰ apex nõ

ptcribit a lege:donec omnia fi
ent. Qui ergo foluerit vnū de
mādatis iſtis minimis:ꝛ docu,
erit ſic hominēs:minimus vo
cabitur in regno celoꝝ. Qui
fecerit ꝛ docuerit:hic magnus
vocabitur in regno celoꝝum.

Scōm Mathēum. xxiiij.capit

In illo tempoꝛe. dixit dñs
ihesus diſcipulis ſuis. Vi,
gilate qa neſcitis qua hoꝛa do,
minus veſter venturus ſit. Il,
lud autem ſcitote: quoniam ſi
ſciret paterfamilias qua hoꝛa
fur ventur⁹ eſſet: vigilaret v,
tiqꝫ et non ſineret perfodi do,
mum ſuaz. Ideo et vos eſtote
parati: quia neſcitis qua hoꝛa
filius hoīs venturus eſt. Quis
putas eſt fidelis ſeruus et pru,
dens quem conſtituit domin⁹
ſuus ſuper familiam ſuam: vt
det illis cibum in tēpoꝛe. Bea,
tus ille ſeruus: quem cum ve,
nerit dominus inuenerit ſic fa
cientē. Amen dico vobis:quo
niam ſuper omnia que poſſi,
det conſtituet eum.

Scōm Lucam. xij.capitulo.

In illo tēpoꝛe. dixit dñs
ihesus diſcipulꝭ ſuis. Sint
lumbi vr̄i precincti: et lucerne
ardētes in manib⁹ veſtris. Et
vos ſimiles hominibus expe,
ctantibus dñm ſuum: quando
reuertatur a nuptijs: vt cū ve,
nerit et pulſauerit: confeſtim
apiant ei. Beati ſerui illi:quos
cum venerit dominus inuene
rit vigilantes. Amen dico vo,
bis qꝙ precinget ſe:ꝛ faciet illoſ
diſcūbere:et tranſiēs miſtrabit
illis. Et ſi venerit in ſecūda vi,
gilia:ꝛ ſi in tercia vigilia vene,
rit:et ita inuenerit: bti ſūt ſerui
illi. Hoc autem ſcitote:quoniā
ſi ſciret pateꝛfamiliaſ qua hoꝛa
fur veniret: vigilaret vtiqꝫ et
non ſineret perfodi domum
ſuam. Et vos eſtote parati:qa
qua hoꝛa non putatis fili⁹ ho,
minis veniet. Ait autem ei pe,
trus. Domie ad nos dicis hāc
parabolā:an ꝛ ad omnes? Di,
xit autē dominus. Quis putas
eſt fidelis diſpēſatoꝛ et prudēs
quē conſtituit dominus ſupꝛa
familiaꝫ ſuam: vt det illis in tē,
poꝛe tritici menſuram? Beat⁹
ille ſeruus: quem cum venerit
domin⁹ inuenerit ita facientē.
Vere dico vobis:qa ſuper oīa
que poſſidet conſtituet eum.

Scōm Lucam. xj.capitulo.

In illo tēpoꝛe. dixit ihesus
diſcipulꝭ ſuis. Nemo accē,
dit lucernam: et in abſcondito
ponit:neqꝫ ſub modio ſed ſup
candelabrū: vt qui ingrediunt
lumē videāt. Lucerna coꝛpis
tui eſt oculꝰ tuꝰ. Si oculꝰ tuꝰ
ſimpleꝛ fuerit:totū coꝛpuſ tuū
lucidum erit. Si autem nequā
fuerit: etiam coꝛpus tuum te,
nebroſum erit. Vide ergo ne
lumē qđ in te eſt tenebre ſint.
Si ergo coꝛpus tuum lucidū
fuerit non habens aliquā par,
tem tenebrarum: erit lucidum
totū. Et ſicut lucerna fulgoꝛis
illuminabit te.

Scōm Lucam. xix.capitulo.

In illo tpe. dixit dñs ihesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquã: accipere sibi regnum ⁊ reuerti Vocatis aũt decez seruis suis: dedit illis decez mnas: et ait ad illos. Negociamini duz venio Ciues autez eius oderant illũ: ⁊ miserũt legationem post illũ dicentes. Nolumus hunc regnare super nos. Et factũ est vt rediret accepto regno: et iussit vocari seruos quib⁹ dedit pecuniaz: vt sciret quantũ quisq; negociatus esset. Uenit autez primus dicens. Dñe mna tua: decem mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge bone serue: qa in modico fuisti fidelis: eris potestatẽ habens super decem ciuitates Et alter venit dicens. Domine mna tua fecit quinq; mnas. Et huic ait. Et tu esto sup quinq; ciuitates. Et alter venit dicẽs. Dñe ecce mna tua quaz habui repositam in sudario. Timui enim te quia homo austerz es: tollis qd̃ non posuisti: ⁊ metis qd̃ non seminasti Dicit ei. De ore tuo te iudico: serue nequã. Sciebas q; ego hõ austeris sũ: tollens qd̃ non posui: ⁊ metẽs quod non seminaui. Et quare non dedisti pecuniam meã ad mensam: et ego veniens cum vsuris vtiq; exegissem illaz. Et astantibus dixit. Auferte ab illo mnã: et date illi qui decẽ mnas habet Et dixerunt ei. Domine habet decem mnas. Dico aũt vobis: qa omni habenti dabit ⁊ abundabit. Ab eo aũt qui nõ habet: et qd̃ videt hẽ auferet ab eo. Scõm Marcũ. xiij. cap.

In illo tpe. dixit ihus discipulis suis. Videte vigilate et orate. Nescitis enĩ qñ tps sit Sicut hõ pegre ꝓfectus reliqt domũ suaz: et dedit seruis suis potestatez cuiusq; operis: ⁊ ianitori p̃cepit vt vigilet. Vigilate ergo: nescitis enim quãdo domin⁹ dom⁹ veniat sero: an media nocte: an gallicantu: an mane: ne cum venerit repente inueniat vos dormiẽtes. Qd̃ autem vobis dico: oibus dico vigilate. Scõm Lucã. xij. cap.

In illo tpe. dixit ihus discipul suis. Nolite timere pusillus grex: quia cõplacuit patri vr̃o dare vobis regnuz. Uendite que possidetis: ⁊ date elemosinã. Facite vobis sacculos qui non veterascunt. thesaurũ non deficientem in celis: quo fur non appropiat: neq; tinea corrũpit. Ubi enĩ est thesaur⁹ tuus: ibi ⁊ cor tuum erit Offer Veritas mea ⁊ misericordia mea cũ ipso: ⁊ in noie meo exaltabitur cornu eius. Offer. Inueni dauid seruũ meum: oleo sancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachiuz meum confortabit eum. Offertor. Iust⁹ vt palma florebit: sicut cedr⁹ q̃ in libano est multiplicabit. Offer In virtute tua dñe letabitur iust⁹: ⁊ super salutare tuũ exultabit vehementer: desiderium aie eius tribuisti ei. Cõm. Beatus seruus quez cum

veneritꝰ dominꝰ inuenerit vigilantē amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Cōm Domine quinqꝫ talenta tradidisti mihi: ecce alia quinqꝫ superlucratus sum: euge serue fidelis quia ī pauca fuisti fidel' supra multa te ꝓstituaꝫ: intra in gaudium dñi tui. Cōm Fidelis seruꝰ ⁊ prudens quē constituit dominus super familiā suaꝫ: vt det illis in tpe tritici mensuram. Cōm. Semel iurauī in sctō meo: semē eius inetern ū manebit: ⁊ sedes eius sicut sol in cōspectu meo: ⁊ sicut luna perfecta ineternum ⁊ testis in celo fidelis. Cōm Amen dico vobis qꝫ vos qui reliquistis oīa ⁊ secuti estis me centuplū accipietis: ⁊ vitā eternā possidebitis

In natalicijs vnius cōfessoris non pontificis Introitus. Os iusti meditabitur. vt supra. Alius introitꝰ. Justꝰ vt palma. vt supra

Deus qui nos beati .N. confessoris tui solennitate letificas; ꝓcede propiciꝰ vt cuius natalicia colimus: etiā actiōes imitemur. ℘er. Secr. Laudis tue dñe hostias immolamus in tuoꝝ cōmemoratiōe sanctoꝝ: qbus nos presentibꝰ exui malis ꝓfidimus ⁊ futuris. ℘er. Compleñ. Refecti cibo potuqꝫ celesti deꝰ nostet te supplices deprecamur: vt in cuiꝰ hec cōmemorationē pcepimꝰ eiꝰ muniamur ⁊ precibꝰ. ℘er.

Adesto domie Alia oro

upplicationibus nostris quas in beati .N. cōfessoris tui solennitate deferimus: vt qui nr̄e iusticie fiduciā nō habemꝰ eius qui tibi placuit pcibus adiuuemur. ℘er. Secrē. Presta nobis qsumus oīpotens deus vt nostre humilitatis oblatio: ⁊ pro tuoꝝ tibi sit grata honore sanctoꝝ: ⁊ nos corpore pariter ⁊ mente purificent. ℘er. Compl'. Quesumꝰ oīpotens deꝰ: vt qui celestia alimēta percepimus: intercedēte beato .N. confessore tuo per hec cōtra oīa aduersa muniamur. ℘er. Alia oro si fuerit abbas tūc dicatur

Intercessio nos qñs dñe .N. abbatis cōmendet: vt qđ nr̄is meritis nō valemꝰ: eiꝰ patrocinio assequamur. p. Secr. Sanctis altaribus dñe hostias suppositas sanctus .N. qsumus in salutem nobis prouenire deposcat. ℘er. Compl' Protegat nos dñe cū tui perceptione sacramēti beatus .N. abbas pro nobis intercedēte: vt cū cōuersationis eius expediamur insignia. ℘er d. Epl'a si fuerit doctor. Testificor coram deo. vt supra. Alia epl'a. Dilectus deo. vt s̄. Alia epl'a. Dedit dñs confessionē. vt s̄. Alia epl'a. Justꝰ si morte. vt s̄ Alia epl'a. Benedictus deus ⁊ pr̄ dñi. vt s̄. Alia epi'a. Spectaculum facti sumꝰ. vt s̄. Alia epl'a. Sapientia laudabit aiam vt infra. Grad̄ Dñe ꝑueniſti eū. vt supra de de vno martyre ⁊ pontifice. Aliud grad̄. Os iusti. vt s̄ in ntitate vnius ꝓfessoris ⁊ pontificis. Alleluia. Beatus vir qui suffert. vt supra. All'a. Amauit

eum. vt supra. Sequentia.

DIlectus deo & hominibus: et erit angelicus aspectus eius. Verbum vite lingua eius: & qui dilexerit eā beatus. Labia eius mirra probatissima: guttur eius dulcia rutilans aromata. In circuitu dentiū eius fortitudo: ibi erit sapientia cum consilio. Corpus illius quasi scutus sculptile ornatum gemmis vndiqz. Via illius via viri simplicis liberator in angustijs. Quis inuenit faciē eius: ipse deus fortis potens & consiliarius. Considerans vultum illius angelico nihil asserit esse pari⁹. Ora sancte. N. ne damnemur in die iudicij. Qui tenuerit verba sapientie habebit spem vite sēpiterne. Euangeliū si fuerit doctor. Vos estis sal terre. Euangeliū. Sint lūbi vestri precincti. Euangelium. Vigilate qa nescitis. Euangel̄. Nemo accendit lucernam. oīa vt supra. Offerto. Veritas mea Offer̄. Desiderium anime. vt s. Lōm. Beatus seru⁹. Lōm. Amen dico vobis. vt supra. In natalicijs virginum. Introitus.

DIlexisti iusticiam & odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opa mea regi.

LEquebar de testimonijs tuis in ꝯspectu regū & non confundebar: et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. ps. Beati imaculati in via: qui ambulāt in lege domini. Introitus.

AGnoui domīe quia equitas iudicia tua: et in veritate tua humiliasti me: confige timore tuo carnes meas a mandatis tuis nō me repellas. ps. Beati imaculati in via: q ambulāt in lege domini. Introit⁹.

ME expectauerunt peccatores vt perderent me: testimonia tua domine intellexi: omnis consummationis vidi finez latum mandatū tuum nimis. ps. Beati imaculati in via: qui ambulant in lege dñi. Intr̄

VUltum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines post eā proxime eius: adducentur tibi in leticia & exultatione. ps. Eructauit cor meum verbū bonū: dico ego ōpa mea regi.

GAudeamus Introitus. omnes in domino diem festū celebrantes in honore. N. virginis: de cuius passione gaudent angeli et collaudant filiuz dei. ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opa mea regi. De virgine & martyre. Oratio prima.

DEus qui nos btē. N. virginis ac martyris tue annua solēnitate letificas: cōcede propicius: vt eius adiuuemur meritis: cuius castitatis irradiamur exemplis. Per. Alia ofo

DA qsumus omnipotens de⁹: vt qui beate. N. martyris tue natalicia colimus: et ānua solēnitate letemur: & tāte fidei proficiamus exemplo. p. De coniugata alia oratio.

DEus qui nobis beate. N. diem concedis venerari solennem: fac nos eius suffragantibus meritis: tuis semper obedire mandatis. Per dñm.

De pluribus virginib⁹. Ofo.

DA nobis dñe de⁹ noster sanctarū virginū ac martyrum tuarū festiuitatē incessabili deuotione venerari: vt q̄s digne mente non possum⁹ celebrare: humilibus saltem frequentemus obsequijs. ℘per d

Lectio libri sapientie. lj. capitulo.

CONfitebor tibi domine rex: et collaudabo te deus saluatorez meum. Confitebor nomini tuo magno: quoniam adiutor et protector factus es mihi: et liberasti corpus meum a perditione: a laqueo lingue inique: et a labijs operantium mendacium. Et in conspectu astantium factus es mihi adiutor: et liberasti me ſm multitudinem misericordie nominis tui: a rugientib⁹ preparatis ad escam: de manib⁹ querentium animaz meam: et de portis tribulationum que circundederunt me: a pressura flāme que circundedit me: et in medio ignis non sum estuata. De altitudine ventris inferi: et a lingua coinquinata: et a verbo mendacij: a rege iniquo: et a lingua iniusta. Laudabit vsq̄ ad mortem anima mea dominum: et vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. Circūdederunt me vndiq̄: et non erat qui adiuuaret. Respiciens erā ad adiutoriuz hominū: et non erat. Memorata sunt miseōie tue domine: et cooperationis tue que a seculo sunt: quoniaz eruis sustinentes te: et liberas eos de manu odientiuz te domine deus noster. Lectio libri sapientie. lj. capitulo.

DOmine deus meus exaltasti super terram habitationem meaz: et pro morte defluenti deprecata sum. Jnuocaui dominuz patrem domini mei: vt non derelinquat me in die tribulationis mee: et in tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuuz assidue: et collaudabo illud in cōfessione: et exaudita est oratio mea. Liberasti me a perditiōe: et eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor et laudem dicam nomini tuo domine deus meus. Lectio libri sapientie. viij. capitulo.

SApientia vincit maliciā. Attingit ergo a fine vsq̄ ad finē fortiter: et disponit omnia suauiter. Hanc amaui et exq̄siui a iuuentute mea: et quesiui sponsam mihi eam assumere: et amator factus sum forme illius. Generositatem illius glorificat: contuberniuz habens dei. Sed et omniū dominus dilexit eam. Doctrix est enim discipline dei. Lectio libri sapientie. xxiiij. capitulo.

SApiētia laudabit animaz suā: et in deo honorabit: et i medio populi sui gloriabit: et i ecclesijs altissimi aperiet os suum: in conspectu virtutis illius gloriabitur. In medio populi sui exaltabitur: et in pleni-

tudine ſãcta ãmirabitur. Et in multitudine electoꝝ ḫabebit laudem: ⁊ inter benedictos benedicetur dicens. Ego ex ore altiſſimi prodiui primogenita ante omnem creaturam. Ego quaſi libanus non inciſus vapoꝛaui ḫabitationem meam: ⁊ quaſi balſamum non mixtum odoꝛ meus. Ego quaſi therebintus extendi ramos meos: ⁊ rami mei ḫonoꝛis ⁊ gratie.

Lectio libꝛi ſapientie. xxvj. cap̃

Gratia mulieris ſedule delectat virum ſuum: ⁊ oſſa illius impinguabit. Diſciplina illius datũ dei. Mulier ſenſata et tacita: non eſt ĩmutatio erudite anime. Gratia ſuper gratiaꝫ: mulier ſancta ⁊ pudoꝛata. Omnis autez ponderatio nõ eſt digna continentis anime. Sicut ſol oꝛiens mundo in altiſſ̃imis dei: ſic mulieris bone ſpecies in oꝛnamentum domus ſue. Lucerna ſplendens ſupeꝛ candelabꝛum ſanctum: ⁊ ſpecies faciei ſuper etatem ſtabilem. Columne auree ſuper baſes argenteas: ⁊ pedes firmi ſuper plantas ſtabilis mulieris Fundamenta eterna ſuper petram ſolidaꝫ: ſic ⁊ mandata dei in coꝛde mulieris ſancte.

Ad coꝛinthios. ij. capitulo. x.

Fratreſ: Qui gloꝛiatur: in domino gloꝛietur. Non enĩ qui ſeipſum cõmendat ille probat⁹ eſt: ſed quem deus cõmendat. Utinam ſuſtineretis modicũ quid inſipientie mee: ſed et ſuppoꝛtate me. Emuloꝛ enim vos: dei emulatiõe. Deſpondi enĩ vos vni viro virginem caſtam exḫibere cḫriſto

Ad coꝛinthios. vij. capitulo.

Fratres: De virginibus preceptum domini non ḫabeo: conſilium aũt do tanq̃ miſericoꝛdiã conſecut⁹ a deo: vt ſim fidelis. Exiſtimo ergo ḫoc bonũ eſſe ꝓpter inſtantez neceſſitatem: quoniaꝫ bonum eſt ḫomini ſic eſſe. Alligatus es vxoꝛi: noli querere ſolutionem. Solutus es ab vxoꝛe: noli querere vxoꝛem. Si autem acceperis vxoꝛem: non peccaſti. Et ſi nupſerit virgo: non peccauit. Tribulationem tamen carnis ḫabebunt ḫuiuſmodi. Ego autẽ vobis parco: ḫoc itaq̃ dico fratres. Tẽpus breue eſt reliquum eſt: vt etiaꝫ qui ḫabent vxoꝛes tanq̃ non ḫabentes ſint: ⁊ qui flent tanq̃ non flentes: ⁊ qui gaudẽt tanq̃ non gaudentes: et qui emunt tanq̃ non poſſidentes: et qui vtuntur ḫoc mundo tanq̃ nõ vtantur. Pꝛeterit enim figura ḫuius mundi. Volo autẽ vos ſine ſollicitudie eſſe. Qui ſine vxoꝛe eſt ſollicitus eſt que dñi ſunt: quomõ placeat deo: qui autem cum vxoꝛe eſt ſollicitus eſt que ſunt mundi quomodo placeat vxoꝛi: et diuiſus eſt. Et mulier inupta ⁊ virgo cogitat que domini ſunt: vt ſit ſãcta et coꝛpoꝛe ⁊ ſpiritu. in xp̃o ihe ſu domino nꝛo. Grad. Dilexiſti

iusticiã ꝛ odisti iniquitatẽ. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Grad Specie tua ꝛ pulchritudine tua: intẽde prospere procede et regna. ℣. Propter veritatem et mansuetudinẽ ꝛ iusticiã: et deducet te mirabiliter dextera tua. Gradal Audiuit eam de⁹ vultu suo: de⁹ in medio eius non cõmouebitur. ℣. Fluminis impetus letificat ciuitatẽ dei: sanctificauit tabernaculuz suum altissim⁹. Grad. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus ineternum. ℣. Propter veritatem ꝛ mansuetudinez ꝛ iusticiam ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua Grad. Concupiuit rex decorẽ tuũ quoniam ipse est dominus deus tu⁹ ℣. Audi filia ꝛ vide: et inclina aurẽ tuam. Grad. Audi filia ꝛ vide ꝛ inclina aurem tuaz: quia concupiuit rex speciem tuam. ℣. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. Gradale. Propter veritatem ꝛ mansuetudinem ꝛ iusticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et vide et inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. Tract⁹. Audi filia ꝛ vide ꝛ inclina aurem tuã: quoniam concupiuit rex speciem tuã. ℣. Vultum tuũ deprecabuntur omnes diuites plebis: filie regum in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proxime eius offerent̃ tibi. ℣. Adducentur in leticia ꝛ exultatione: adducentur in templum regis. Alleluia. ℣. Diffusa est gratia i labijs tuis: propterea benedixit te de⁹ ineternum. Alleluia. ℣. Egregia sponsa christi implora pro nobis ad dominũ ihesum christum. Alleluia ℣. Omnis gloria eius filie regũ abintus in fimbrijs aureis. Alleluia. ℣. Adducentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi in leticia. Alleluia. ℣. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede ꝛ regna. Alleluia. ℣. Loquebar de testimonijs tuis in cõspectu regum: ꝛ non confundebar. Alleluia. ℣. Quinq; prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor fact⁹ est: ecce sponsus venit exite obuiam xp̃o domino. Alleluia. ℣. O q̃z pulchra est casta generatio cum claritate. Alleluia. ℣. Audi filia ꝛ vide ꝛ inclina aurẽ tuã: quia ꝓcupiuit rex spẽm tuã. Seqñ.

Gaudent ꝛ filie syon in rege suo nescientes thorum delicti crimine sordidatum. Quarum christe sponsus virginũ virginis es filius. Cuius gratie mira opera in sanctis tuis sunt edita Ut das cernere hac in virgie cuius hec festa sunt hodie. Que fragili sexu femineo viriliter carnis iure domito. Angelicam hic vitam duxerat in carne dum preter carnem viuerat. Hoc mirat̃ serpẽs antiquus calcaneũ eius obseruabat callidus. Qui nocere dum machinatur sub pedibus femie caput eius teritur. Insidias hostis hãc christe docuisti virginem vincere in prima congressiõe. Dum non consentiret: sed illi resisteret vicere qui solet tentatus si non repugnet. Quẽ hec virgo resistẽs a se fecit fugere. Quo fugato appropinquabat tibi domine. Hunc inter virgines abducta post

eamq; mater est intacta virginū virginis marie digna est pedissequa.

Te agnuz sine macula iam sequitur stola candida filium virginis quocunq; virginum flos ierit. huius intercessione tu nos tuere.

Scōm Matheum. xxv. capitu

In illo tempore. dixit dñs ihesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnū celorū decem virginibus: que accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso ⁊ spōse Quinq; autem ex eis erant fatue: et quinq; prudentes. Sed quinq; fatue: acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum. Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cū lampadibus. Moram autez faciente sponso: dormitauerunt omnes ⁊ dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit: exite obuiā ei. Tunc surrexerunt omnes virgines ille: ⁊ ornauerūt lampades suas. Fatue autem sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostre extinguuntur. Responderunt prudentes dicētes. Ne forte non sufficiat nobis ⁊ vobis: ite potius ad vendentes: ⁊ emite vobis. Dum autē irent emere venit spōsus: ⁊ que parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias: et clausa est ianua. Nouissime vero veniunt: ⁊ relique virgines dicentes. Domine domine: aperi nobis. At ille respondēs ait. Amen dico vobis: nescio vos. Vigilate itaq; qa nescitis diem neq; horā.

Scōm Matheum. xiij. capitul'

In illo tempore. dixit dñs ihesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnū celorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo abscondit: ⁊ pre gaudio illius vadit et vendit vniuersa que habet: ⁊ emit agrum illum Iterum simile est regnum celorum homini negociatori: q̄renti bonas margaritas. Inuenta autez vna preciosa margarita: abijt et vendidit omnia que habuit ⁊ emit eaz. Iterum simile est regnum celorum sagene misse in mare: et ex omni genere piscium congreganti. Quam cum impleta esset educentes et secus litus sedentes: elegerunt bonos in vasa: malos autez foras miserunt. Sic erit in consūmatiōe seculi. Exibunt angeli: ⁊ separabunt malos de medio iustorum: ⁊ mittent eos in caminuz ignis. Ibi erit fletus et stridor dentium. Intellexistis hec oīa: Dicūt ei. Etiaz. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celoruz simil' est homini patrifamilias: qui pfert de thesauro suo noua ⁊ vetera.

Offertoriū. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi.

Offerto. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum ⁊ in seculum seculi.

Offertorium. Filie reguz in honore tuo astitit re-

gina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Offert. Offerentur regi virgines proxime eius: offerentur tibi in leticia & exultatione: adducentur in templum regi domino. Secr. Hostias tibi domine beate. A. virginis & martyris tue dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per dominū nostrum. Secret. Hostias tibi domine quas offerimus: propicius suscipe: & intercedente beata. A. martyre tua: vincula peccatorum nostrorum absolue. Per dominū nostrum ihesum xpm Secr vnius cōiugate. Sacrificium domine quod desideranter offerimus: gratum tibi beata. A. suffragatrix efficiat. Per dominū nostrum ihesum. Secr plurimarum martyrū & virginum. Suscipe quesumꝰ domine ob honorem sanctarū martyrum tuarum munus oblatum: et quod nostris meritis assequi non valemus: earum intercessionibꝰ largire supplicibus. Per dominum nostrum Cōmu. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Cōm. Feci iudicium et iusticiam domine: non calumnientur mihi superbi: ad omnia mādata tua dirigebar: omnem viam iniquitatis odio habui. Cōmu. Quinq; prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autē nocte clamor factus est: ecce sponsus venit: exite obuiam christo domino. Cōm Simile est regnum celorum homini negociatori quercēti bonas margaritas: inuenta vna pretiosa margarita: dedit omnia sua et comparauit eam. Cōmu. Qui me dignatus est ab omni plaga curare: et māmillas meas pectori meo restituere: ipsum inuoco deum viuum. Cōm. Confundātur superbi quia iniuste iniquitatez fecerūt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor in tuis iustificationibus vt non confundar. Cōmu. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus. Cōm. Principes persecuti sunt me gratis: & a verbis tuis formidauit cor meū: letabor ego super eloquia tua q̄si qui inuenit spolia multa: concupiuit anima mea testimonia tua domine: et dilexit ea vehementer. Complendū. Auxilientur nobis domine sumpta misteria: & intercedente beata. A. martyre tua: sēpiterna mysteria confirment. Per dominum nostrum ihesum christum filiū Alia complenda. Sanctificet nos quesumꝰ domine tui perceptio sacramēti: & intercessio beate. A. martyris tue tibi reddat acceptos. Per dominum nostrum ihesum christum filiū Alia cplendū vnius coniugate Beate. A. domine suffragijs exoramꝰ: vt percepti tui sacramenti nos virtute defendas. Per dominū nostrum ihesum Alia complenda plurimarum martyrū & virginum. Sacramentis quesumꝰ domine munimur acceptis: et sanctarum

martyꝝ tuarum ſñ interceſſione contra omnes nequicias irruentes: armis celeſtibus protegamur. ℘ dominū nostrum ihesum christum filium tuum.

In dedicatione ſancte eccleſie Aquileyñ. Introitus.

TErribilis est locꝰ iste: hic domus dei est et porta celi: et vocabit aula dei. ℘s. Quã dilecta tabernacla tua domine virtutum: cõcupiſcit ꝛ deficit ania mea in atria domini. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus qui nobis per singulos ãnos huius sancti tẽpli tui conſecrationis reparas diez: et ſacris ſemper miſterijs repꝛeſentas incolumes: exaudi pꝛeces populi tui et pꝛeſta: vt quiſquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur: cuncta ſe impetraſſe letetur. ℘ dominū nostrum ihesum xp̃m filium tuum: qui tecum viuit.

Lectio libꝛi apocalipſ beati iohãnis apoſtoli. xxj. capitulo.

IN diebus illis. Vidi ciuitatem ſanctaz ihꝛuſalẽ nouam deſcendentem de celo a deo paratã: ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. Et audiui vocem magnaz de thꝛono dicentem. Ecce tabernaculuz dei cũ hominibus: ꝛ habitabit cũ eis. Et ipſi populus eius erunt: et ipſe deus cum eis erit eoꝛum deus. Et abſterget deus omnẽ lachꝛimam ab oculis eoꝛum: ꝛ moꝛs vltra nõ erit: neq; luctꝰ: neq; clamoꝛ neq; doloꝛ erit vltra que pꝛima abierũt. Et dixit qui ſedebat i thꝛono. Ecce noua facio omnia. Grad. LOcus iſte a deo factus est ineſtimabile ſacramentum: irrepꝛehenſibilis est. ℣. Deus cui aſtat angeloꝛũ chꝛus: exaudi pꝛeces ſeruoꝛum tuoꝛum. Alleluia. ℣. Uoꝛ exultatiõis ꝛ ſalutis: in tabernaculis iuſtoꝛum. Alleluia ℣. Adoꝛabo ad templum ſanctum tuũ: ꝛ confiteboꝛ nomini tuo. ℣. Bene fundata est domus domini: ſupꝛa firmam petram. Sequentia.

PAllat eccleſia mater illibata ꝛ virgo ſine ruga honoꝛẽ huius eccleſie. Hec domus aule celeſtis pꝛobatur particeps. In laude regis celoꝛum et cerimonijs. Et lumine cõtinuo emulans ciuitatez ſine tenebꝛis. Et coꝛpoꝛa in gremio conſouens animarũ que in celo viuunt. Quam dextera pꝛotegat dei. Ad laudez ipſius diu. Hic nouam pꝛolem gratia parturit fecunda ſpiritu ſancto. Angeli ciues viſitant hic ſuos: ꝛ coꝛpꝰ ſumitur ihesu. Fugiunt vniuerſa coꝛpoꝛis nocua. Pereunt peccatricis anime crimina. Hic voꝛ leticie perſonat. Hic pax et gaudia redũdat. Hac domo trinitati laus ꝛ gloꝛia ſemper reſultat.

Scõm Lucam. xix. capitulo.

IN illo tempoꝛe. Egreſſus ihesus perambulabat iericho. Et ecce vir nomine zacheus: ꝛ hic erat pꝛinceps publi-

canorum ⁊ ipse diues. Et que/rebat videre ihesuz quis esset: et non poterat pre turba: quia statura pusill⁹ erat. Et precur/rens ascendit in arborez sycomorum: vt videret illum: quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum: suspiciens ihesus vidit illum: ⁊ dixit ad eū Zachee festinans descende: qa hodie i domo tua oportet me manere. Et festinās descendit: ⁊ excepit illum gaudens. Et cū viderēt omnes murmurabāt dicentes: q̄ ad hominem pec/catorez diuertisset. Stans au/tem zacheus: dixit ad ihesum. Ecce dimidium bonorum me/orum domine do pauperib⁹: et siquid aliquem defraudaui: reddo quadrupluz. Ait ihesus ad eum. Quia hodie salus do/mui huic facta est: eo q̄ et ipse sit filius abrahe. Uenit enim fi lius hominis querere ⁊ saluuz facere quod perierat. **Offert.** Domie deus in simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa: et populū tuum qui repertus est vidi cum in/genti gaudio: deus israhel custodi hanc voluntatem **Secr.** Annue q̄sumus domine precibus no/stris: vt quicunq̄ intra templi huius: cuius anniuersariuz de/dicationis diem celebramus: ambitum cōtinemur: plena ti/bi atq̄ perfecta corporis ⁊ ani me deuotione placeamus: vt dum hec vota presentia reddi mus ad eterna premia te adiu/uāte puenire mereamur. Per dominū nostrum ihesum xp̄m filium tuum: qui tecum viuit.

Cōm. Domus mea domus orati/onis vocabitur dicit dominus in ea omnis qui petit accipit: et qui querit inuenit: ⁊ pulsanti aperiet **Compl** Deus qui ecclesiā tuam spon/sam vocare dignat⁹es: vt que habet gratiam per fidei deuo/tionem: haberet etiam ex noie pietatem: da vt ois hec plebs nomini tuo seruiens: hui⁹ vo/cabuli cōsortio digna esse me/reatur: ⁊ ecclesia tua in templo cuius anniuersarius dedicati/onis dies celebrat tibi collecta te timeat: te diligat: te sequat: vt duz iugiter per vestigia tua graditur: ad celestia p̄missa te ducente peruenire mereatur. Qui viuit. **Uel alia complend** Deus qui de viuis ⁊ electis la pidibus eternum maiestati tue preparas habitaculū: auxiliare populo tuo supplicanti: vt q̄d ecclesie tue proficit corporali/bus spacijs: spiritualib⁹ ampli/ficetur augmentis. Per dñm nostrum ihesum christum filiū tuum: qui tecū viuit ac regnat.

In dedicatione altaris. Intro Dicit domin⁹ sermones meos quos dedi in os tuum: nō de/ficient de ore tuo: adest enim nomen tuum: ⁊ munera tua accepta erunt su per altare meuz. **p̄s.** Misericordias domini in eternū cantabo. **Oratio.** Omnipotens sempiterne deus: altare hoc nomini

tuo dicatū celestis virtutis be/
nedictiōe sanctifica: ⁊ omnib⁹
in te sperantib⁹ auxilij tui mu/
nus ostende: vt hic ⁊ sacramē/
torum virtus ⁊ votorum obti
neatur effectus. ℘er dominū
nostrum ihesum christum filiū
Lectio isaye prophete. xix. cap
HEc dicit dominus deus.
In die illa deferetur mu/
nus domino exercituum: ⁊ rex
fortis dominabitur eorum. In
illa die erit altare domino in
medio terre: et cognoscet̄ do/
minus: ⁊ colent eum in hostijs
⁊ muneribus: ⁊ vota vouebūt
domino et soluent. Et reuer/
tentur ad dominum et placabit̄
eis: et sanabit eos. In die illa
erit benedictio israhel i medio
terre: cui benedixit dominus
deus exercituū dicens. Bene/
dictus populus meus: ⁊ opus
manuū mearū hereditas mea
israhel: dicit domin⁹ omnipo/
tens. **Grad.** Exultabunt sancti in
gloria: letabuntur in cubilibus suis.
℣. Cantate domino canticum nouū
laus eius in ecclesia sanctorum. Al/
leluia. ℣. Vox exultatiōis ⁊ salutis:
in tabernaculis iustorum. **Sequntia**
℘sallat ecclesia mater. **vt supra.**
Scōm Mathеum. v. capitul'.
In illo tēpore. dixit ihesus
discipulis suis. Si offers
munus tuum ad altare: et ibi
recordatus fueris: quia frater
tu⁹ habet aliquid aduersum te:
relinque ibi munus tuum ante
altare: ⁊ vade prius recōciliari
fratri tuo. Et tunc veniens of/
feres munus tuum. **Offertor**
Sanctificauit moyses altare domi⁹
offerens sup illud holocausta: ⁊ imo
lans victimas: fecit sacrificium ve/
spertinum in odorem suauitatis do/
mino deo in conspectu filiorū israhel
Secr. Presta quesumus om/
nipotens de⁹: vt munera que
sacris inferuntur altaribus: de/
uotis mentibus ad remedium
animarum preparentur. ℘er
dominū nostrum ihesum xp̄m
Com. Acceptabis sacrificium iu/
stitie oblationes: ⁊ holocausta super
altare tuum domine. **Complēd.**
Omnipotēs sempiterne de⁹:
effunde super hūc locum gra/
tiam tuam: ⁊ per hec sancta que
sumpsimus: omnibus hic in/
uocantibus te: auxilium tui mu/
nus ostende. ℘er dominum
nostrum ihesum christum filiū
Dominicis diebus de sancta trinitate. Benedicta sit sancta triñ
totū officiū require in octaua
penthecostes. **Feria secunda**
de sapientia. Introitus.



Ex domini irre/
prehensibilis cō/
uertens animas
testimonium dei
fidele sapientiam
prestās paruulis
ps̄ Celi enarrāt
gloriā dei: ⁊ opa
manuū eius annunciat firmamentū.
℣. Gloria patri ⁊ filio. **Oratio.**
DEus qui per coeternam
tibi sapientiam hominem
cum non esset mirabiliter cō/
disti: perditūq; misericorditer

reformasti:presta quesumꝰ:vt eadem pectora nra inspirante te tota mente amemus:t ad te toto corde curramus. ℘er dominum nostrum iheſum xpm.

Lectio libri sapientie. ix.capo

IN diebus illis. Dixit salomon. Deus patrum meorum et domine misericordie: qui fecisti omnia verbo tuo:et sapientia tua constituisti hominem: vt dominaretur creature que a te facta est: vt disponat orbem terrarum in equitate t iusticia:et in directione cordis iudicium iudicet. Da mihi domine sedium tuarum assistricē sapientiā:t noli me reprobare a pueris tuis: quoniā ego seruus tuꝰ sum:t filius ancille tue

Grad. Domine dominꝰ noster q̄z admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. ℣. Quoniaz eleuata est magnificentia tua super celos. Alꝫluia. ℣. Lauda anima mea dominū laudabo dominum in vita mea:psallam deo meo q̄zdiu ero.

Scom Matheum. xj.capitulo

IN illo tempore. Respondens dominus iheſus dixit. Confitebor tibi pater dñe celi et terre:quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibꝰ:t reuelasti ea paruulis. Ita pater quoniaz sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater: neq; patrez qs nouit nisi filius: t cui voluerit filius reuelare. Uenite ad me omnes qui laboratis t onerati estis:t ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos:t discite a me: quia mitis sum et humilis corde:t inuenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suaue est: et onus meum leue

Offertoriū. Benedicā domino qui tribuit mihi intellectum:prouidebam dominum in conspectu meo semper:quoniam a dextriz est mihi ne cōmouear.

Secr Sanctificetur domine quesumus huius nostre oblationis munus: tua cooperante sapientia: vt tibi placere possit ad laudem: et nobis proficiat ad salutem. ℘er dominuz nostrū iheſum christum filium tuum.

Cōm. Seruite domino in timore: t exultate ei cum tremore:apprehendite disciplinam ne pereatis de via iusta.

Complēd. Infunde q̄sumus domine deus per hec sancta que sumpsimus tue lumen sapientie cordibꝰ nostris: vt te veraciter agnoscamus:t fideliter diligamus. ℘er dñm nostrum iheſum christum filiū tuum:qui tecum.

Feria tercia de sancto spiritu. Introitus.

Spiritus domini replenit orbem terrarum alleluia: et hoc quod continet omnia scientiā habet vocis alleluia alleluia alleluia. **ps.** Confirma hoc deus quod operatus es in nobis:a templo sācto tuo quod est in iherusalem. ℣. Gloria patri t

Alius introitꝰ a septuagesima vsq; ad resurrectionem.

DUm sanctificatꝰ fuero in vobis:congregabo vos de vni-

uersis terris: ⁊ effundam super vos aquam mundaz: ⁊ mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: et dabo vobis spiritum nouū. ℘s. Benedicam domino in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Oro.

DEus cui omne cor patet: ⁊ omnis voluntas loquitur: ⁊ quem nullū latet secretū: purifica per infusionez sancti spiritus cogitatiões cordis nostri: vt te perfecte diligere ⁊ digne laudare mereamur. ℘r. eiusdem. Ad corinthios. xij. capitulo. epistole prime.

FRatres: Unicuicz datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Alij quidez per spiritum datur sermo sapientie. Alij autem sermo scientie ſm eundem spiritum. Alteri fides in eodem spiritu. Alij gratia sanitatū in vno spiritu. Alij operatio virtutuz. Alij prophetia. Alij discretio spirituū. Alij genera linguarum. Alij interpretatio sermonum. Hec autem omnia operatur vn⁹ atcz idē spiritus: diuidēs singulis prout vult. Grad. Beata gens cui⁹ est deus eorum populus quez elegit dñs in hereditatem sibi. ℣. Verbo domini celi firmati sūt: ⁊ spiritu oris eius omnis virtus eorū. Alleluia. ℣. Emitte spiritum tuū ⁊ creabunt ⁊ renouabis faciem terre. Tractus Qui confidunt in domino. Regre dñica. Letare. in quadragesima Scōm Johānem. xiiij. capło.

IN illo tępore. dixit ihesus discipulis suis. Si diligitz me: mandata mea seruate. Et ego rogabo patrē: ⁊ alium paraclitū dabit vobis: vt maneat vobiscum ineternum: spirituz veritatis quem mundus non potest accipere: quia nō videt eum nec scit eum. Vos autem cognoscetz eū: quia apud vos manebit: ⁊ i vobis erit. Offer.

EMitte spiritum tuum ⁊ creabunt: et renouabis faciem terre: sit gloria domini in secula. Secr. Hec oblatio domine deus noster corpdis nostri maculas emūdet: vt sancti spiritus digna efficiatur habitatio. ℘er dñm. eiusdem. Com. Spiritus vbi vult spirat et vocē eius audis: ⁊ nescis vnde veniat aut quo vadat. Complenda. Sacramentum salutis nostre sumētes: concede nos domie deus purificatis mentibus sepius tue pietatis celebrare misterium. ℘er dominū nostrū.

Feria qnta de angel. Officiuz.

ADorate deum omnes angeli eius: audiuit ⁊ letata est syon: ⁊ exultauerūt filie iude. ℘s. Domin⁹ regnauit exultet terra: letētur insule multe. Oratio.

PErpetuū nobis domine tue miserationis ꝑsta subsidium: quibus ⁊ angelica prestitisti suffragia non deesse. ℣. Lectio libri apocalipsis beati iohānis apostoli. xix. capitulo.

IN diebus illis. Dixit mihi angelus. Scribe. beati qui ad cenaz nuptiarum agni vocati sunt. Et iterum dixit mihi. Hec verba dei vera sūt. Et ce-

cidi ad pedes eius vt adorem eum:et dixit mihi. Vide ne feceris. Conseruus tuus sum:et fratrum tuorum habentium testimoniũ ihesu. Deum adora.

Grad. Benedicite omnes angeli.

Require in die michaelis. Alleluia. ℣. Laudate deum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. Tractus. Qui confidunt

Require dominica. Letare.

Scom Johannem. v. capitul

In illo tempore. Erat dies festus iudeorum:et ascendit ihesus iherosolimam. Est autẽ iherosolimis probatica piscina q̃ cognominat hebraice bethsaida:quinq; porticus habens In his iacebat multitudo languentium:cecorum: claudorum: aridorum expectantium aque motũ. Angelus autem domini scm tempus descendebat in piscinam:et mouebatur aqua. Et qui prior descendebat in piscinam post motionẽ aque: sanus fiebat a quacũq; detinebat infirmitate. Offertorium. Immittit angelus domini in circuitu timentium eum et eripiet eos: gustate et videte quoniã suauis est dominus. Secr. Hostias tibi domine laudis offerimus suppliciter deprecantes: vt easdẽ angelico pro nobis interueniente suffragio: et placatus accipias:et ad salutem nostram prouenire concedas Per dominũ nostrum ihesum. Cõmu. Benedicite omnes angeli.

Require in die michael. Cõpl

Repleti domine benedictiõe celesti:te suppliciter exoramus vt quod fragili celebramus officio: sanctorum archangelorum nobis prodesse sentiamus auxilium. Per dominũ nostrum

Feria qnta de charitate Offic

Caritas dei diffusa est in cordibus vestris per inhabitantem spiritum eius in vobis. ps. Domine de⁹ salutis mee in die clamaui et nocte coram te. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui iusticiam tue legis in cordibus credentium digito tuo scribis: da nobis fidei et spei et charitatis augmentum: et vt mereamur assequi quod promittis: fac nos amare quod precipis. Per dominũ nostrũ

Ad corinthios. xiij. epla prime

Fratres: Charitas patiẽs est:benigna est. Charitas non emulatur:non agit perperã non inflatur: non est ambiciosa: non querit que sua sunt: non irritatur:non cogitat malum: non gaudet super iniquitate. Congaudet autẽ veritati. Omnia suffert:omnia credit:omnia sperat:omnia sustinet:charitas autem nunq; excidit. Gradale

Ecce q̃ bonum et q̃ iocundum habitare fratres in vnũ ℣. Sicut vngentum in capite quod descendit in barbam barbã aaron. Alleluia. ℣. Diligam te domine virtus mea:dns firmamentum meũ et refugium meũ vel. Alleluia. ℣. Qui posuit fines tuos pacem:et adipe frumenti satiat te. Tractus. Qui confidunt in dño.

Require dominica. Letare.

Scõm Johannem. xiij.capto

In illo tẽpore. dixit ihesus discipulis suis. Filioli:adhuc modicum vobiscum sum. Queritis me: et sicut dixi iudeis quo ego vado vos non potestis venire. Et vobis dico modo. Mandatũ nouum do vobis: vt diligatis inuicem sicut dilexi vos: vt et vos inuicem diligatis. In hoc cognoscent omnes:quia mei estis discipuli: si dilectionem habueritis adinuicem. Offertoriũ. Meditabar in mandatis tuis que dilexi valde: et leuaui manus meas ad mandata tua que dilexi. Secr. Mitte quesumus domine spiritus tuum sanctus qui et hec munera presentia tuũ nobis efficiat sacramentum: et ad hoc percipiendum corda nra purificet. Per dominum.eiusdem. Cõmuñ. Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum in me manet et ego in eo dicit dominus. Complñ Spiritum nobis domine tue caritatis infunde: vt quos vno celesti pane satiasti: tua facias pietate concordes. Per dñm. eiusdem spiritus. Feria sexta de sancta cruce. Officium.

Nos autez gloriari oportet in cruce domini nostri ihesu xpi in quo est salus vita et resurrectio nostra:per quẽ saluati et liberati sumus ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis:illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri. Oro

Deus qui vnigẽiti filij tui domi nostri ihesu christi precioso sanguie viuifice crucis vexillum sanctificare voluisti: concede quesumus: vt qui eiusdem sancte crucis gaudent honore: tua quoq; facias vbiq; protectione gaudere. Per eundem dominum nostrum.

Ad philippenses. ij.capitulo.

Fratres: Christus factus est pro nobis obediens vsq; ad mortem:mortem autẽ crucis. Propter quod et deus exaltauit illuz:et donauit illi nomen quod est super omne nomen:vt in nomie ihesu omne genu flectatur celestium:terrestrium et infernorũ. Et omnis lingua pfiteatur:quia dominꝰ noster ihesus christus in gloria est dei patris. Grad. Christus factus est pro nobis obediens vsq; ad mortem:mortez autem crucis. V Propter quod deus exaltauit illum et dedit illi nomẽ qđ est super omne nomen. Alleluia. V. Dulce lignuz dulces clauos dulcia ferés pondera que sola fuisti digna sustinere regez celorum et hominũ. Tractus. Sepe expugnauerũt me. Regre i dñica de passione in quadragesima. Scõm Lucam. xviij.capitulo

In illo tẽpore. Assumpsit ihesus duodecim discipulos suos:et ait illis. Ecce ascendimus ihierosolimam:et consummabuntur oia que scripta sunt per ꝓphetas de filio hominis Tradetur enim gentibꝰ et illudetur:et flagellabitur et ꝓspuet. Et postq; flagellauerit occidẽt eũ:et tercia die resurget. Offer

Protege domine plebem tuam per signum sancte crucis ab omnib⁹ insidijs inimicorum oim: vt tibi gratam exhibeamus seruitutē: ⁊ acceptabile tibi fiat sacrificium nostrum. Secr. Hec oblatio nos dñe ab omnibus purget offensis: que in ara crucis imolata etiaz totius mundi tulit offensā: ihesus xp̄s domin⁹ noster Qui. Prefatio de sancta cruce. Cōm. Nos aūt gloriari oportet in cruce domini nr̄i ihesu christi. Compleū. Refecti cibo potuqz celesti quesumus oipotens deus: vt ab hostium defendas formidine: quos redemisti precioso sanguine filij tui domini nostri ihesu christi. Qui tecum viuit ⁊ regnat de⁹

Sabbato die de veneratione beate marie virginis. Officiū.

Salue sancta parens enixa puerpera regem: qui celum terramqz regit in secula seculoz. ℣. Sentiant omnes tuū adiuuamē: quicunqz celebrant tuā cōmemorationē

Oncede nos famulos tuos q̄sumus domine deus perpetua mentis ⁊ corpis sanitate gaudere: ⁊ gloriosa beate marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristicia: et futura pfrui leticia. Per dñm. Lectio libri sapientie. Ecclesiastici. xxiiij. ca.

Ab inicio ⁊ ante secla creata sum: ⁊ vsqz ad futurū seculum non desinam: ⁊ in habitatiōe sancta coram ipso ministraui. Et sic in syon firmata sum: ⁊ in ciuitate sanctificata similiter requieui: ⁊ in hierusalē potestas mea. Et radicaui i populo honorificato: ⁊ in partes dei mei hereditas illi⁹: ⁊ in plenitudine sanctoꝛum detentio mea. Grad. Benedicta ⁊ venerabilis es virgo maria q̄ sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoꝛi s. ℣. Virgo dei genitrix quē tot⁹ nō capit orbis: in tua se clausit viscera factus homo. Tractus. Audi filia ⁊ vide infra septuagesimam ⁊ pascha Regre i cōmuni de virginib⁹. Alleluia. alijs temporib⁹ sumat ad placitum. Alleluia. ℣. Virga ieesse floꝛuit: virgo deum et hominez genuit: pacez deus reddidit in sereconcilians ima sūmis. Alleluia. ℣. Aue virgo maria in matre mater: in virgine genitrix eterni regis fer opē miseris. Alleluia. ℣. Hec est speciosioꝛ sole: celo sublimioꝛ o regina gle audi preces ecclesie. Alleluia. ℣. Sancta dei genitrix semp virgo maria: itercede pro nobis ad dominum ihesum christuz. Alleluia. ℣. Felix es sacra virgo maria et omni laude dignissima: quia ex te oꝛtus est sol iusticie. Alleluia. ℣. O ysolatrix pauperum maria tuis precibus auge virtutum numerum in charitate christi quos tu de moꝛtis manibus per filiū humiliuz mater eripuisti. Alleluia. ℣. Dulcis mater dulci nato dulcia prebens vbera que sola fuisti digna generare regem celoꝛum et hominū.

De beata virgine Sequentia

AVe p̄clara maris stella in lucē
gentiuz maria diuinitus orta.
Euge dei porta que non apta veri-
tatis lumē ip̄m solem iusticie in dutū
carne ducis in orbez. Virgo decus
mundi: regina celi: preelecta vt sol:
pulchra lunaris vt fulgur: agnosce
omnes te diligentes. Te plenā fide
virgam alme stirpis iesse nascituraz
priores desiderauerūt patres t pro-
phete. Te lignū vite sancto rorante
pneumate parituram diuini floris a-
migdalū signauit gabriel. Tu agnū
regem terre dominatorez moabitici
de petra deserti ad montē filie syon
transduristi. Tuqz furentem leuia-
than serpentez tortuosumqz t vectē
collidens: damnoso crimine mundū
exemisti, Hinc gentiuz nos reliquie
tue sub cultu memorie mix in modū
quez es enixa propiciationis agnum
regnantē celo eternaliter deuotam⁹
ad aram mactandum mysterialiter.
Hinc māna veruz israhelitis veris
veri abrahe filijs admirantib⁹ quon
dam moysi qđ typus figurabat iam
nunc abducto velo datur pspici: ora
virgo nos illo pane celi dignos effici
Hac fontem dulcem quē in deserto
petra premonstrauit degustare cum
sincera fide renesqz constringi lotos
in mari aguem eneum in cruce specu
lari. Hac igni sancto patrisqz verbo
qđ rubus vt flāma tu portasti virgo
mater facta pecuali pelle: distinctos
pede: mūdis labijs cordeqz propin-
quare. Audi nos nam te filius nihil
negās honorat. Salua nos ihesu p̄
quib⁹ virgo mater te orat. Da fontē
boni visere: da pure mētis oculos in
te defigere. Quo hausto sapiētie sa-
porem vite valeat mens intelligere.
Christianismi fidem operib⁹ redi-
mire: beatoqz fine ex huius incolatu
seculi auctor ad te trāsire. Alia seq̄.
HOdierne lux diei celebris in
matris dei agitur memoria.
Decantemus in hac die semp̄ vir-
ginis marie laudes t p̄conia. Om-
nis homo omni hora hanc adora ac
implora ei⁹ patrocinia. Psalle psalle
nisu toto cordis ore voce voto: aue
plena gratia. Aue domina celorum
inexperta viri thorum parens maris
nescia. Fecundata sine viro genu-
isti more miro genitorē filia Flores
ortus austro flante: porta clausa post
t ante via viris inuia Rusa celi ro-
re tellus fusum gedeonis vell⁹ dei-
tatis pluuia. Salue dec⁹ firmamēti
tu caliginose menti desuper irradia.
Placa mare maris stella ne inuoluat
nos, procella t tēpestas obuia. Alia se
VErbum bonum et suaue per-
sonemus illud aue: per quod
christi fit conclaue virgo mater filia.
Per quod aue salutata mox cōcepit
fecundata virgo dauid stirpe nata
inter spinas lilia. Aue veri salomo
nis mater: vell⁹ gedeonis cui⁹ magi
tribus donis laudant puerperium.
Aue solem genuisti: aue prolē pro-
tulisti: mundo lapso contulisti vitam
t imperiū. Aue sponsa verbi sūmi
maris portus signū dumi: aromatū
virga fumi: angelor̄ domina. Sup
plicamus nos emenda: emendatos
nos cōmenda tuo nato ad habenda
sempiterna gaudia. Alia sequētia
SAlue mater saluatoris vas e-
lectum vas honoris: vas ce-
lestis gr̄e. Ab eterno vas p̄uisum

vas insigne vas excisum manu sapi/
entie. Salue verbi sacra parēs flos
de spina spina carēs flos spineti glo/
ria. Nos spinetū nos peccati: spina
sumus cruentati: sed tu spine nescia.
Porta clausa fons ortorum: stella cu
stos vngentorum cella pigmentaria
Cynamomū calamū mirraz thus ⁊
balsamū superans fragrātia. Salue
decus virginum: mediatrix hominū
salutis puerpa. Mirtus tēperantie
rosa patiētie: nardus odorifera. Tu
conuallis humilis: terra non arabilis
que fructum parturijt. Flos campi
conualliuz: singulare lilium christus
ex te prodijt. Tu celestis paradisus
libanusqz non incisus vaporās dul/
cedinez. Tu candoris ⁊ decoris: tu
dulcoris ⁊ odoris habens plenitudi
nem. Tu thronus es salomonis: cui
nullⁱ par in thronis arte vel materia
Ebur candēs castitatis: aurū fuluū
charitatis presignās misteria. Pal/
mam prefers singularē: nec in terris
habes parez: nec in celi curia. Laus
humani generis: virtutū pre ceteris
tenes priuilegia. Sol luna lucidior:
et luna sideribus: sic maria dignior
creaturis omnibⁱ. Lux eclypsim ne/
sciens virgis est castitas: ardor in de
ficiens imortalis caritas. Salue mī
pietatis: ⁊ totiⁱ trinitatis nobile tri/
clinium. Verbi tamē incarnati: spe/
ciale maiestati preparans hospicium
O maria stella maris: dignitate sin/
gularis: super oēs ordinaris ordies
celestium In supremo sita poli: nos
cōmenda tue proli: ne terrores siue
doli nos supplantent hostium. In
procinctu constituti: te tuente simus
turi: puicacis ⁊ versuti: tue cedat vis
virtuti dolⁱ pudentie. Hiesu ver
bū sūmi prīs: serua seruos tue mīs:
salua reos salua gratis: ⁊ nos tue cla
ritatis ꝯfigura glorie.

Alia seqntia

Peratrix glorioſa: potens et
imperiosa: ihesu cristi genetrosa
mat atqz filia. Radix iesse speciosa:
virga florens ⁊ frōdosa: quā rigauit
copiosa deitatis grā. Auster lenis
te perflauit: ⁊ perflando fecundauit:
aquilonē qui fugauit sua cū potentia
Horez ergo genuisti: fructū ex quo
protulisti: gabrieli dū fuisti paranim
pho credula. Ioseph iustus vir ex/
pauit: ista dum ꝯsiderauit: sciens qđ
non irrigauit florescentem virgulaz
Bene tamen cōseruauit: archanum
nec diuulgauit: sponsam sed magni/
ficauit honorans vt dominaz. Celi
quondam rorauerunt: nubes ex quo
concreuerunt: concreteqz stillauerūt
virgis in vtero. Res miranda: res
nouella: nā ꝓcedit sol de stella: regē
dum parit puella: viri thori nescia.
Ergo clemens et benigna: cunctō/
rumqz laude digna: tuo nato nos cō
signa pia per suffragia. Ut mortali
quo grauamur: compede sic absolua
mur: vt soluti trāsferamur ad celi pa
lacia.

Alia sequentia.

Uterus virgineⁱ thronus est
eburneus regis salomonis.
Thronⁱ admirabilis: dispar ⁊ dissī
milis vniuersis thronis. Salomon
pacificⁱ: sūmi regis vnicⁱ hunc elegit
thronuz. Virgo thronus extitit: cui
deus prestitit tam precellens donū.
Hec est sedes grē: domⁱ pudicicie:
sedes sūmi dei In hac sede resi det
dīs qui pīsidet vniuerse rei. Sicut
vellⁱ maduit de celesti rore: sic vēter

intumuit seruato pudore Nec vell' corrumpit imbre pluuiali: nec pudor amittitur in ꝯceptu tali. Hec est aromatica cella creatoris: vtilis & vnica medela doloris. Nardus odorifera effudit odorē: oliua fructifera virga ferens florem. Hec vas pigmentarium regale palacium domus est cedrina. Angelorum dña: benedicta femina celorū regina. O sancta virginitas nostra nequit paruitas te digne laudare. Continens in gremio quem nec celi regio potest sustentare Pulchrior sideri⁹: & pre mulieri⁹ cunctis benedicta Placa tuum filiū & purga fideliuz omniū delicta. In te pluit: in te fluit deus suam gratiaz Ergo tue nobis plue gratie clementiam. Ad beati tui nati nos trāsfer presentiam. Et cunctorum delictorum confer indulgentiam.

Scōm Lucam. xj. capitulo.

In illo tempore. Loquēte ihesu ad turbas. Extollens vocez quedā mulier de turba: dixit ad ihesum. Beat⁹ venter qui te portauit: & vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimo bti qui audiunt verbum dei: & custodiunt illud. Credo. **Offerto** Recordare virgo mater dum stetteris in conspectu dei: vt loquaris pro nobis bona: & vt auertat indignationem suam a nobis. **Offertoriuz.** Felix nanqz es sacra virgo maria & omni laude dignissima: qa ex te ort⁹ est sol iusticie xp̄s de⁹ noster. **Secr** Tua domine propiciatione: & beate marie semp virginis intercessione: ad perpetuaz atqz pītem hec oblatio nob pficiat

ꝓsperitatē & pacez. Per dñm. **Prefatio.** Et te i veneratōe. **Cō.** Beata viscera marie virginis que portauerūt eterni patris filiū. **Cōm** Regina mundi & dña virgo maria ppetua intercede pro nostra pace ac salute que genuisti christuz dominū saluatorez oim. **Cōm.** Aue regina celox: mater regis angelox: o maria flos virginum velut rosa vel lilium: funde preces ad filium pro salute fidelium. **Compl.** Sumptis dñe salutis nostre subsidijs: da qms beate marie semp virginis patrocinijs nos vbiqz protegi: in cuius veneratione hec tue obtulim⁹ maiestati. Per dominū

De btā virgine infra aduentū & natiuitatem domini. Officiū

Rorate celi desuper: et nubes pluant iustuz: aperiatur terra & germinet saluatorē. **ps.** Celi enarrant gloriā dei: et opera manuū eius annunciat firmamentum. **Oratio.** Deus qui de beate marie virginis vtero verbum tuū angelo ānunciante carnez suscipe voluisti: ꝓsta supplicib⁹ tuis: vt qui vere eam dei genitricem credimus: eius apud te intercessionib⁹ adiuuemur. p eundem dñm. **Epla.** Locutus est dñs ad achas dicēs. **Regre feria ārta quatuor temporū in aduentu. fol. iiij Grad.** Tollite portas principes vestras: & eleuami porte eternales: & introibit rex glorie **℣.** Quis ascendet in montem dñi: aut quis stabit in loco sctō eius: innocens manib⁹ & mundo corde. **Alla ℣.** Prophete sancti predicauerunt

nasci saluatorē de virgine matre san
cta maria. Sequentia.

Mittit ad virginē non quēuis
angelum: sed fortitu dinē suā
archangelum amator hois. Hortez
expediat pro nobis nuncium nature
faciat vt preiudiciū in partu virgis.
Naturam superat natus rex glorie:
regnat ꝛ imperat: ꝛ zimā scorie tollit
de medio. Superbientium terat fa
stidia: colla sublimiū calcet vi ꝓpria
potēs in prelio. Horas eijciat mun
danum principem: matremqz faciat
secum participē patris imperij. Hri
q̄ mitteris hec dona differere: reuela
veteris velamen lr̄e virtute nuncij.
Accede nuncia dic aue comin⁹: dic
plena gratia: dic tecum dn̄s: ꝛ dic ne
timeas. Virgo suscipias dei depo
situm: in quo ꝓficias castū propositū
ꝛ votum teneas. Audit et suscipit
puella nuncium: credit et concipit: et
parit filium sed admirabilē. Consi
liarium humani generis: ꝛ deū fortiū
